EX SECRETARIA S. R. CONG.NIS

Visis et expensis variis modis asservandi et claudendi in Tabernaculo Sacram Pixidem cum SS. Eucharistiae Sacramento, a Sacerdote Salvatore Barbara ad maiorem securitatem et custodiam excogitatis et Sacrorum Rituum Congregationi pro speciali adprobatione exhibitis, eadem Sacra Congregatio, in particulari Coetu habito hac ipsa die, ad relationem subscripti Secretarii, audito etiam voto Commissionis Liturgicae, rescribendum censuit: *Finem inventoris esse laudandum, negotium vero, in casu et ad effectum de quo agitur, spectare ad locorum Ordinarios.*

Atque ita rescripsit, die 18 Martii 1898.

DIOMEDES PANICI
L. ✠ S. *S. R. C. Secretarius.*

E S. RITUUM CONGREGATIONE

I.

DIOECESUM ITALIAE

Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII, attentis peculiaribus adiunctis, de speciali gratia ad beneplacitum S. Sedis valitura, benigne in-

dulsit ut R.mi Episcopi Italicae Regionis, qui, dimissa propria dioecesi ad aliam sive residentialem sive titularem transferuntur atque Apostolicam administrationem temporaneam prioris dioeceseos retinent, ibidem, durante tantum eiusmodi administratione, omnibus honorificentiis, privilegiis, indultis ac facultatibus frui valeant, quae iisdem, uti propriis Episcopis Ordinariis, competebant. Contrariis non obstantibus quibuscunque. Die 25 Iunii 1897.

C. Card. MAZZELLA *Ep. Praenestinus*
L. ✠ S. *S. R. C. Praefectus.*
Diomedes Panici *Secret.*

II.

MELITEN.

Dignitates et Canonici Cathedralis Ecclesiae Melitensis, anno superiore, ex benignitate SS. Domini Nostri Leonis Papae XIII, fuerunt renuntiati Protonotarii Apostolici *ad instar*. Quum nonnulla sint exorta dubia tum quoad iuramentum et professionem fidei praescripta in Constitutione Pii Papae IX f. r., quae incipit « Apostolicae Sedis officium », tum quoad privilegia, quibus, uti tales, gaudent ; hinc Sacrorum Rituum Congregationi sequentia dubia pro solutione proposita fuerunt, nimirum :

1. An debeant omnes iuramentum et fidei professionem emittere, ad tramites praelaudatae

Constitutionis, et quatenus affirmative, penes quem?

2. An quum titulus Protonotariatus Apostolici *ad instar* toti Corpori sit collatus, praefati Dignitates et Canonici functiones celebrantes extra Cathedralem et absente Capitulo, peragere possint Pontificalia?

3. An Indulto gaudeant Oratorii privati?

4. An titulum retineat Canonicus, qui resignavit praebendam Canonicalem?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, audito etiam voto Commissionis Liturgicae, reque accurate perpensa, propositis dubiis respondendum censuit: Servetur Constitutio f. r. Pii Papae IX, quae incipit « Apostolicae Sedis » data IV Calendas Septembris anno 1872, praesertim ad Num. XXIII. Atque ita rescripsit, die 18 Martii 1898.

C. Card. MAZZELLA *Ep. Praenestinus*
L. ✠ S. *S. R. C. Praef.*
D. Panici *Secretarius.*

III.

MEXICANA

R.mus D.nus Prosper Iosephus Maria Alarcon Archiepiscopus Mexicanus a S. Rituum Congregatione sequentium dubiorum resolutionem humiliter efflagitavit, nimirum:

Quum in Mexicana Archidioecesi ex benigna concessione Pii Papae VI, d. d. 5 Martii

an. 1776 Octava Solemnitatis Corporis Christi eodem gaudeat privilegio, quo Octava Epiphaniae Domini, et ex altera apostolica concessione Gregorii Papae XVI, per Decretum S. Congregationis de Propaganda Fide d. d. 20 Februarii an. 1831, Festum SS.mae Trinitatis sub ritu duplici primae classis cum Octava celebretur; quaeritur: « An, attentis supradictis concessionibus RR. PP. Pii VI et Gregorii XVI, in Archidioecesi Mexicana cessare debeat Octava SS.mae Trinitatis, adveniente festo cum Octava SS.mi Corporis Christi? »

Et sacra eadem Congregatio, referente subscripto Secretario, audito etiam voto Commissionis Liturgicae, proposito dubio respondendum censuit: *Affirmative*. Atque ita rescripsit et servari mandavit. Die 5 Martii 1898.

C. Card. MAZZELLA *Ep. Praenestinus*
L. ✠ S. *S. R. C. Praefectus.*
D. Panici *Secretarius.*

IV.

MEXICANA

R.mus Archiepiscopus Mexicanus ad componendam quamdam controversiam inter nonnullos Sacerdotes suae Archidioecesis, a Sacra Rituum Congregatione sequentis dubii solutionem humiliter postulavit, nimirum:

An in Archidioecesi Mexicana, Dominica in-

fra Octavam privilegiatam SS. Corporis Christi dicenda sit Praefatio de SS.ma Trinitate, prouti ex benigna concessione Gregorii Papae XVI tum Festi de SS. Trinitate cum Octava, tum Praefationis de eodem Mysterio recitandae supradicta Dominica infra Octavam Corporis Christi: quae tamen concessio facta fuit absque ulla mentione, sive in supplici libello sive in rescripto, concessionis de altero privilegio anteriori a Pio Papa VI eidem Archidioecesi collato, super Octava SS. Corporis Christi privilegiata ad instar Epiphaniae?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, proposito dubio respondendum censuit: *Negative*, iuxta decretum in una *Mexicana* diei 5 Martii 1898. Atque ita rescripsit, die 26 iisdem mense et anno.

C. Card. MAZZELLA *Ep. Praenestinus*
L. ✠ S. *S. R. C. Praefectus.*
D. Panici *Secretarius.*

QUAESTIONES ACADEMIAE LITURGICAE ROMANAE

SUPER SACRIS RELIQUIIS.

V.

Cum in quadam dioecesi nulla extaret Ecclesia sine pluribus sacris Sanctorum Reliquiis, ex quibus aliqua etiam insignis, Collegium Cano-

nicorum Cathedralis Ecclesiae, approbante Episcopo, optimum esse censuit, uniformitatis ergo, festum Reliquiarum in commune instituere pro tota dioecesi. Quod itaque particulare festum liturgicum in pluribus iam recolebatur Ecclesiis, diversa tamen die, atque alio etiam ritu, a S. R. Congregatione accepto indulto, generale effecerunt, eiusdem ritus, eademque die, prout in principali Ecclesia mos erat, celebrandum. Ex quo duo exorta fuerunt dubia. Primum circa festum, quod antiquius iam celebrabatur in pluribus dioecesis Ecclesiis, num videlicet, post alterum institutum, censendum necne esset abrogatum: alterum circa Symbolum in Missa addendum; cum alii sustinerent, ab illis solum recitandum Ecclesiis, in quibus aliqua servaretur Reliquia insignis, alii vero tenerent, esse Symbolum in Missa recitandum in cunctis indiscriminatim dioecesis Ecclesiis, sive haberent sive non Reliquiam insignem. *Quaeritur:*

1.° *An probanda sit praxis celebrandi festum Reliquiarum totius dioecesis, vel omnium Ecclesiarum alicuius Communitatis, ad instar dedicationis omnium Ecclesiarum, et quomodo intelligenda?*

2.° *Utrum duo Reliquiarum festa, alterum particulare, alterum generale, celebrari possint in eadem Ecclesia, quidque in facti specie indicandum?*

3.° *Num in festo quocumque Reliquiarum Symbolum dicendum sit in Missa? Vel quandonam et qua de causa? Quid peculiariter indicandum de casu exposito?*

SOLUTIO

Ex dissertatione Rev. Dom. Ronaldi Cowen e Pontif. Coll. Urbano de Propaganda Fide, habita in Ecclesia Presbyterorum Missionis prope Curiam Innocentianam, die 26 Ianuarii 1898; acta Epitoma per R.mum Dom. Ioannem Bapt. M. Menghini Caerem. Apost. Magistrum.

I. *a*) An probanda sit praxis celebrandi festum Reliquiarum totius Dioecesis, vel omnium Ecclesiarum alicuius Communitatis, ad instar Dedicationis omnium Ecclesiarum?

Ex afferendis rationibus, ad hanc quaestionem responderi posse videtur, affirmative, probandam nempe esse hanc praxim. Plurimi sane extant Episcopi, qui de suis Dioecesibus asserere possunt (et de Ordinibus Regularibus idem dicito), quod Eucherius de sua Lugdunensi Ecclesia praedicavit: « Agnoscamus erga Ecclesiam nostram uberiorem divinorum munerum largitatem. Exultant singularum urbium populi etsi unius saltem Martyris Reliquiis muniantur: ecce nos populos Martyrum possidemus.» Ideoque eo quod per diversas Ecclesias et in unaquaque Dioecesi et unoquoque Regulari Ordine plurimae inveniuntur Reliquiae, et non paucae etiam insignes e quibus maximum redundat emolumentum in totam Dioecesim, vel integrum Ordinem, admodum opportunum visum est, non modo in peculiaribus Ecclesiis, in quibus hae Reliquiae asservantur, sed etiam per totam Dioecesim et respective Ordinem, memoriam renovari praefatarum Reliquiarum, festo quod cunctis sit commune.

Ex hoc, quod appellari potest debitum convenientiae, originem duxit usus celebrandi per totam civitatem et Dioecesim festum cum officio de Sancto, cuius Reliquia in loco haberetur. Hic tamen usus seu consuetudo prohibitus fuit per Decretum S. Rituum Congregationis, eo quod, ob

Reliquiarum multitudinem, detrimentum maximum officiorum ferialium derivasset, ordo insuper a Breviario, praeceptus turbabatur, pluraque alia sequebantur incommoda. Ea vice vero valde opportunum visum est, instituere *festum Reliquiarum omnium*, seu omnium Sanctorum, quorum Reliquiae in loco haberentur. Ita sub uno die omnes celebrantes huiusmodi festum, incommodis nuper dictis obviam iverunt, nullum Sanctorum debito defraudantes obsequio; quod exemplum iam ab Ecclesia universali dabatur, quae festum Sanctorum omnium sub uno die celebrabat, cum de omnibus singulatim agere nequiret.

Altera nos movet ratio ad praxim probandam, ut in casu. Plurimae extant Sanctorum Reliquiae, quae, eo quod sint parvae, et etiamsi notabiles, non tamen ad insignium classem reduci possunt, iure non gaudent officii et Missae, nec in Ecclesia, in qua asservantur. His accensentur v. gr. vestes, quibus Sanctus dum vitam ageret usus est, vel quae ad sacri corporis contactum sanctificatae sunt; instrumenta passionis in Martyribus; flagella et cilicia Sanctorum poenitentium, de quibus nullum institui potest festum liturgicum, quamvis uti verae Reliquiae habendae sint et venerandae. At quia, teste Paschasio Abbate Corbeiense (*Praefat. in passion. Ss. Rufini et Valerii*), « Vestis exigua, particula vel modicus resoluti corporis pulvis de Sanctorum memoriis comparatus ineffabile fidelibus praebere patrocinium creditur, » ideo conveniens plane visum est, eos nostris obsequiis non esse privandos, et consequenter eorumdem memorias esse renovandas saltem unico sub festo, quod omnibus sit commune. Optime cl. Cavalerius: « Cum itaque per Ecclesias cuiuslibet Dioecesis ac Regularis Ordinis quamplurimae, et etiam ex insignioribus, sint distributae Sanctorum Reliquiae, ex quibus in Dioecesim ipsam ac totum Ordinem magnus honor, non exiguum decus ac particulare praesidium derivat, non in-

congruum sane fore videtur si nedum in particularibus Ecclesiis, in quibus custodiuntur, sed etiam per totam Dioecesim vel Ordinem earumdem memoria in divinis recolatur officiis . . . . , exemplo ducto ab universali Ecclesia, quae cum, ob Sanctorum copiam, de singulis officium facere non posset, sub unica solemnitate festum Sanctorum omnium instituit (*T. I, C. IV, Decr. 16, n. IV*) ».

Guyetus (*lib. I. c. 9. quaest. 8*) tres sequentes enumerat rationes, seu causas huiusmodi festi instituendi. Prima est Reliquiarum multitudo, ob quam seorsim officium celebrari commode nequiret. 2. Inter Reliquias inveniuntur interdum non paucae, quae vel Domini sunt ex. gr. e Sacro Praesepe, Lancea, Sepulcro etc., vel Beatae Virginis ex. gr. e S. Velo, Veste, etc. et aliae, quae cum sint omnium pretiosissimae et prae ceteris veneratione dignae, nihilominus sufficienter et adaequate non coluntur in festis Ecclesiae universalis. 3. causa esset Reliquiarum Susceptio, Inventio, Recuperatio, etc., quarum in officio, quod adhuc de qualibet Reliquia in particulari instituitur, nequaquam solemnia celebrantur.

Nec desiderantur plura Sanctorum corpora vel aliae Reliquiae, etiam insignes, e sacris Romae Coemeteriis desumptae, seu aliis sepulturae locis, de quarum descriptione in Martyrologio Romano, seu Sanctorum identitate, cum iis, qui in eodem Martyrologio Romano describuntur, non satis constat. Nunc autem de his Reliquiis Decreta non sinunt recitari posse officium, nec in Ecclesiis, in quibus asservantur. Ideo videtur, quod, sicuti ceterum non minus decus, honos ac praesidium ex iis derivat, quam ab aliis, quae certae et identicae sunt, ita nec minus peculiarem cultum exquirunt, ita ut in generali et communi festo merito comprehendantur. Nec dicas, quod si ita foret, pateret locus cultui, per Officium, falsarum Reliquiarum, imo et Sanctorum non approbatorum, quod ob periculum

unice praecavendum, in particularibus Reliquiis sacra Congregatio pluries exegit et descriptionem Sanctorum in Martyrologio Romano, et moralem certitudinem de Reliquiarum identitate, ut de iisdem officium fieri valeat. Respondetur enim, nullum adhuc profecto cultui apocryphorum Reliquiarum vel Sanctorum non approbatorum locum aperiri, quia Reliquiarum festum nullam Reliquiam in individuo ac particulariter respicit, sed omnes in communi, et omnes solummodo, quae sunt Sanctorum approbatorum; quapropter, si quae ex dictis Reliquiis Sanctorum approbatorum vere non est, illa nequaquam in eadem manet inclusa. Hinc igitur sequitur duntaxat, quod festum Reliquiarum in communi institui non valeat si omnes Reliquiae sint Sanctorum in dicto Martyrologio non descriptorum, vel si de nullius ex iisdem identitate constat; unde necessarium redditur, quod aliquae sint Sanctorum ut supra descriptorum et de identitate moralem certitudinem habentium, ut, in omni eventu, ad hos officium dirigi queat.

b) Quaeritur praeterea, quomodo intelligenda praxis celebrandi festum Reliquiarum totius Dioecesis, vel omnium Ecclesiarum alicuius Communitatis?

Festum Reliquiarum ita intelligitur, ut 1. in genere complectatur Reliquias omnes insignes, de quibus in particularibus Ecclesiis, in quibus custodiuntur, seorsim celebratur Officium; 2. quascumque non insignes vel exiguas ad corporis veritatem, aut integritatem attinentes, vel non attinentes, sed extrinsecas, ut vestes, instrumenta passionis, etc., de quibus in particulari officium recitari permissum non est; 3, omnes sive Sanctorum, seu Christi, aut B. Mariae, vel de his particulare instituatur, vel non instituatur officium; 4. omnes ex iisdem, etsi de earumdem identitate minime constet, et sint Sanctorum in Martyrologio Romano non descriptorum, dummodo tamen reipsae falsae non sint, et sint Sanctorum approbatorum,

et iuxta modernam vel antiquam Ecclesiae disciplinam canonizatorum ; moralis enim certitudo de Reliquiarum identitate antiqua non exigitur, nisi ne falsas pro veris contingat officio coli Reliquias, et descriptio Sanctorum in Martyrologio Romano itidem non exposcitur, nisi in testimonium approbatae sanctitatis et canonizationis, cuius rationis dumtaxat Sanctos officio coli permittit Ecclesia. Nihil autem eiusmodi accidere potest in Reliquiarum festo, hoc ipso quod solummodo in se comprehendat Reliquias, quae verae sunt, et Reliquias Sanctorum ut supra approbatorum, quinimo *ad cautelam* inniti debet Reliquiis aliquibus de Martyrologio Romano et de quarum identitate constat.

Quod si Benedictus XIV (*de Canoniz. lib. 4, p. 2, cap. 6, n. 14*) sentire videtur, quod dictum Reliquiarum festum sit solum in honorem Reliquiarum *insignium*, Episcopi iudicio approbatarum, nos, cum Cavalerio, non videmus cur ab eo debeant censeri exclusae Reliquiae non insignes, praesertim quae sunt approbatae, et de quarum identitate constat, etsi enim, eo quod insignes non sint, officio particulari insigniri non debuerint, haud tamen ulla apparet ratio, vi cuius a festo generali excludi valeant ; quinimo si attendantur momenta, ob quae de iisdem particulare officium vetitum est institui, scilicet detrimentum officii ferialis, perturbatio ordinis a Breviario praescripti, et alia plurima incommoda, quae inde sequebantur, cum haec nullatenus locum habeant in Reliquiis non insignibus, quatenus in dicto generali festo manent inclusae, utique non videtur, cur ab hoc censeri debeant exclusae.

Non desunt quamplurima exempla *festi Reliquiarum*, quae in aliqua particulari Ecclesia vel Monasterio, vel tota Dioecesi seu Religione custodiuntur ; sed notandum est, huiusmodi festum non posse institui nisi ex *Apostolico Indulto*, quod tamen passim conceditur. Hinc consequens

est, laudabiliter institutam esse praxim celebrandi festum Reliquiarum ad instar Dedicationis omnium Ecclesiarum, secus enim Ecclesia nunquam illud permisisset.

II. Inquiritur: *a*) utrum duo Reliquiarum festa alterum particulare, alterum generale, celebrari possint in eadem Ecclesia?

Cum distinctione reponendum: 1. aut enim illud *particulare* intelligitur de festo cuiusque Sancti, de quo insignis Reliquia habetur, recolendo ubi *generale* omnium Sanctorum, quorum Reliquiae asservantur, celebratur, et tunc vel sermo est de Ecclesia aliqua, aut Monasterio particulari, quod cum gauderet plurimis Sanctorum Reliquiis, quarum particularibus officiis vel nullatenus, vel nimis aegre incumbere poterat, horum loco cum debita licentia festum generale dictarum Reliquiarum omnium instituit; et tunc certum est, quod de Reliquiis particularibus officium celebrare non valet, cum huius vice officium praefatum Reliquiarum successerit, ac fuerit subrogatum. Quod si officia aliqua, puta de principalioribus vel insignioribus Reliquiis fuerint praeservata, haec recitari utique poterunt in consortio festi generalis Reliquiarum omnium, instar festi omnium Sanctorum, quod non impedit celebrationem festorum iam concessorum, licet in eodem et haec sint inclusa. Si vero festum Reliquiarum institutum foret in honorem Reliquiarum dumtaxat non insignium, evidens est quod officia particularia de singulis Reliquiis insignibus optime permittit. Si demum reperiatur invectum in memoriam Reliquiarum insignium et non insignium, celebratis officiis particularibus de singulis Reliquiis insignibus, nisi aliter in Indulto ipso expressum sit, opinatur Cavalieri (*loc. cit. n. VI*), quod corruit festum generale; quia festum praefatum generale, in honorem dumtaxat insignium *primario* et principaliter, et in non insignium tantummodo secundario et minus principaliter censetur in-

ductum. Si vero sermo sit de festo Reliquiarum omnium, quae asservantur in Ecclesiis totius alicuius Regularis Ordinis, vel Dioecesis, tunc quaelibet particularis Ecclesia respectivi Ordinis et Dioecesis debet officium facere de Reliquiis insignibus, quas apud se habet, et adhuc celebrare festum generale Reliquiarum, quia hoc festum etsi primario itidem respiciat Reliquias tantum insignes, non tamen quae solum in Ecclesia aliqua particulari custodiuntur, sed omnes, quae in qualibet Ecclesia Dioecesis, vel Ordinis requiescunt, et ideo adhuc celebratis officiis de cunctis Reliquiis insignibus, Ecclesiae vel Monasterii particularis, non corruit principale et primarium fundamentum dicti festi. Exemplum habetur in festo omnium Sanctorum, quod nec impedit particularium celebrationem, nec ab istis impeditur.

2. Aut agitur de festo Reliquiarum omnium, quae habentur in aliquo Monasterio et ex particulari Indulto celebratur, et tunc, si festum sit institutum ad supplenda particularia festa Sanctorum, de quibus officium nullatenus vel nimis aegre fieri poterat, etsi insuper festum Requiarum omnium, quae in cunctis Ecclesiis seu Monasteriis Ordinis requiescunt, ex generali Indulto celebretur, utrumque ex dictis festis in communi recolendum est. Ita enim se habet festum Reliquiarum Monasterii ad festum Reliquiarum Ordinis, uti festum Sanctorum omnium alicuius Religionis ad festum Sanctorum omnium Ecclesiae universalis. Si vero Monasterium singillatim de Sanctis particularibus, quorum insignes servat Reliquias, officium peragit, unicum celebrabit officium de Reliquiis in generale cum toto Ordine, quemadmodum fit in festo Dedicationis omnium Ecclesiarum, sub quo comprehenditur Dedicatio Ecclesiae propriae.

b) Quid in facti specie iudicandum ?

Laude profecto dignum fuit consilium Canonicorum,

festum Reliquiarum in commune pro tota Dioecesi instituendi, Indulto a S. Rituum Congregatione obtento, cum nulla extaret Ecclesia sine pluribus sacris Sanctorum Reliquiis. Videndum, an festum, quod antiquitus, in casu, in pluribus Ecclesiis celebrabatur, institutum fuerit ad particularia officia supplenda Reliquiarum insignium, absque eo, quod de his singulatim fieret officium, an vero ad omnes Sanctos generatim honorandos, de quibus Reliquiae quaecumque haberentur, particularibus insignium Reliquiarum officiis non omissis. In prima enim hypothesi, particulare, ut in casu, omnium Ecclesiae Reliquiarum officium non corrueret ; in altera vero, corrueret, quia hoc in casu, festum generale Reliquiarum censetur principaliter celebrari de propriis Reliquiis, secundario de totius communitatis.

III. *a)* Num in festo quocumque Reliquiarum Symbolum dicendum sit in Missa, vel quandonam et qua de causa ?

Si agitur de festo Reliquiarum alicuius Ecclesiae seu loci, in quo asservantur Reliquiae insignes, et festum etiam ad illas refertur, absque dubio recitandum Symbolum in Missa ; si vero de festo Reliquiarum totius communitatis, cum Cavalerio reponeremus, « in omnibus omnino Ecclesiis, etiamsi in iisdem nulla insignis Reliquia habeatur, esse dicendum ; dictum enim festum omnes omnino comprehendit Reliquias, quae in Ecclesiis Religionis habentur et inter has difficile est, non inveniantur nonnullae Christi, aut B. Mariae, Apostolorum, Ecclesiae Doctorum . . ., quorum Missae, iuxta Rubricarum mandata, Symbolum debetur », nisi obstaret Decretum in *Cadurcen.* diei 11 Martii 1871, tenoris huius : « Missa cum *Credo* celebranda est in solis Ecclesiis Dioeceseos, in quibus asservantur Reliquiae insignes, in aliis vero sine *Credo* ».

b) Quid peculiariter iudicandum de casu exposito ?

Ex dispositione legis positivae, quam mox retulimus, ratio illis favet Canonicis, qui sustinebant ab illis solum recitandum Ecclesiis, in quibus aliqua servaretur Reliquia insignis.

CYCLUS PASCHALIS



CYCLI PASCHALIS
EXPLICATIO

1. Cyclus paschalis ordinatus est ad inveniendam diem determinatam seu Dominicam, in qua occurrit Pascha.

2. Quinque continet coronides, seu circulos : primus est **maximus,** secundus **grandior,** tertius **magnus,** quartus **minor,** quintus **minimus:** ita eos nuncupamus, ut alter ab altero distinguatur.

3. Circulus **maximus** in sua intima parte continet saecula : haec, si habent cifram subter se non significativam, seu 0, sunt bissextilia : si habent cifram significativam, nempe 1 vel 2 vel 3, sunt communia. Dictis saeculis et cifris respondent aliquae Litterae dominicales, subter eas positae, de quibus iam dicendum est, sicut de aliis.

4. Secus extimam peripheriam **grandioris** circuli sunt Litterae dominicales proprio ordine dispositae : ubi duae sunt, indicatur annus bissextilis, ubi vero una tantum, indicatur annus communis.

5. Secus extimam peripheriam **magni** circuli habes in numeris romanis Epactas annorum, relativo ordine distributas. Ubi vides signum * loco numeri, nulla est Epacta, seu 0.

6. Secus extimam peripheriam **minoris** circuli habes in numeris arabicis Numerum aureum uniuscuiusque anni.

7. Secus extimam peripheriam circuli **minimi** habes iterum saecula, uti in maximo : quae tamen inserviunt ad inveniendam Epactam.

METHODUS

PRO LITTERA DOMINICALI, EPACTA ET PASCHA INVENIENDIS

1. Pascha est inter festa mobilia primum, a quo reliqua dependent.

2. Ad Pascha inveniendum, primum requirenda est Littera dominicalis anni, deinde Epacta.

3. **Littera dominicalis.** Quaere primum Litteram dominicalem ultimi anni saeculi, inde Litteram dominicalem anni, ad dictum saeculum pertinentis, quem scire desideras.

4. Litteram dominicalem ultimi anni saeculi habes subter saeculum, post 0, vel post 1, aut 2, aut 3, in intima peripheria circuli maximi, ut superius dictum est: neglige primam, et accipe secundam.

5. Ab illa Littera, quae sequitur alteram iam inventam, decurre per gyrum singulas Litteras in cellulis inscriptas, enumerando tot unitates, usque dum pervenias ad annum, quem quaeris, ubi duas tamen invenies pro una computando. Cum ad annum quaesitum perveneris, siste gradum; et Littera, ubi consistis, erit illa dominicalis, quam quaerebas. Si dicta Littera fuerit una, annus erit communis: si fuerint duae, erit intercalaris seu bissextilis.

6. *Nota.* Cellulae positae in extima peripheria circuli grandioris, sunt 28, adeo ut, si annus quaesitus saeculi numerum praefatum excedat, incipere potes computationem a 29: si excedat numerum 56, incipere potes a 57, et ita deinceps.

7. **Epacta.** Quaere primum Epactam ultimi anni saeculi, inde Epactam anni ad dictum saeculum pertinentis, quem scire cupis.

8. Epactam ultimi anni saeculi habes super idem saeculum ex illis, quae inscripta sunt in extima peripheria circuli minimi: numerus arabicus, qui immediate inscribitur super saeculum, est Numerus aureus: numerus vero romanus inscriptus super Numerum aureum, nempe in extima peripheria circuli magni, est Epacta ultimi anni saeculi.

9. Ab illa Epacta, quae sequitur alteram iam inventam, decurre per gyrum singulas Epactas, seu Epactarum numeros, enumerando tot unitates, usque dum pervenias

ad annum, cuius quaeris Epactam. Cum ad dictum annum perveneris, siste gradum; et numerus iste romanus erit Epacta anni, quam quaerebas.

10. *Nota* 1. Cellulae positae in extima parte circuli magni, in quibus Epactae inscribuntur, sunt 19: adeo ut, si annus, cuius quaeris Epactam, praefatum numerum excedat, incipere potes computationem a 20: si excedat numerum 38, incipere potes a 39, et ita deinceps.

11. *Nota* 2. Ratione Metemptoseon et Proemptoseon, ab obtenta Epacta, seu Epactae numero, aliqua facienda est subtractio, quando incipiet proximum saeculum, seu 1900, et deinceps. Eapropter pro toto saeculo 1900 ad totum saeculum 2100 detrahe ab Epacta inventa unam unitatem, pro saeculo autem 2200 detrahe duas unitates, pro saeculo 2300, tres: pro saeculo 2400, iterum duas: pro saeculo 2500, tres: pro saeculo 2600, quatuor: pro saeculo 2700, quatuor: pro saeculo 2800, etiam quatuor: pro saeculo 2900, quinque: pro saeculo 3000, quinque; pro saeculo 3100, sex: pro saeculo 3200, sex: pro saeculo 3300, iterum sex: pro saeculo 3400, septem: pro saeculo 3500, octo: pro saeculo 3600, septem: etc. etc. Quod si Epacta sit minor numero subtrahendo, triginta unitatibus illam augebis; et subtractione peracta, ille, qui residuus erit, numerus aequam dabit Epactam.

CALENDARIUM LILII

MENSIS MARTIUS

Epactae	Litt. Dom.	Dies Mensis
XXIII	d	8
XXII	e	9
XXI	f	10
XX	g	11
XIX	a	12
XVIII	b	13
XVII	c	14
XVI	d	15
XV	e	16
XIV	f	17
XIII	g	18
XII	a	19
XI	b	20
X	c	21
IX	d	22
VIII	e	23
VII	f	24
VI	g	25
V	a	26
IV	b	27
III	c	28
II	d	29
I	e	30
·	f	31

MENSIS APRILIS

Epactae	Litt. Dom.	Dies Mensis
XXIX	g	1
XXVIII	a	2
XXVII	b	3
XXVI	c	4
XXV-24	d	5
	e	6
	f	7
	g	8
	a	9
	b	10
	c	11
	d	12
	e	13
	f	14
	g	15
	a	16
	b	17
	c	18
	d	19
	e	20
	f	21
	g	22
	a	23
	b	24
	c	25

CALENDARII LILII

EXPLICATIO

1. Lilius ingeniose adinvenit, praefatum velut complexum Calendarium, ut quasi oculi ictu statim inveniri possint, ope Epactae et Litterae dominicalis, dies mensis et Dominica, in qua Pascha occurrit.

2. Calendarium hic nos incepimus a die 8 mensis Martii et terminavimus ad diem 25 Aprilis: *a*) quia id sufficit ad novilunium Martii, et sequens plenilunium inquirendum, post quod Pascha sequitur: *b*) quia Pascha nec ante diem 22 Martii, nec post diem 25 Aprilis occurrere potest.

3. In hoc Calendario ideo inverso ordine habes Epactas et dies mensis, et inter Epactas et dies mensis Litteras dominicales, ut e fronte Epactae respondeat et Littera ipsa dominicalis et dies mensis.

APPLICATIO

Cognita Epacta et Littera dominicali, res est nullius negotii diem, seu Dominicam invenire, in qua erit Pascha. Memento sequentis Dystici:

Post Nonas Martii ubi sit nova Luna require:
Tertia lux Domini proxima, Pascha dabit.

Hoc est: 1. Quaere novilunium Martii, post Nonas, seu post diem septimam dicti Mensis, quod tibi dabit dies Epactae, quam cognoscis. 2. A die Epactae transi in Calendario per lineam horizontalem ad tuam dexteram, ubi sunt Litterae dominicales; et exinde inferius recto tramite descende, ut invenias primam Litteram dominicalem, quam cognoscis: ab hac iterum descende et quaere secundam, sed eamdem, Litteram: a qua denuo descende et quaere tertiam, sed eamdem, Litteram dominicalem. Hac tertio

inventa, transi similiter in Calendario per horizontalem lineam ad tuam dexteram, et invenies diem Mensis ultimae Litterae dominicali respondentem. Hic dies, utpote *tertia lux Dòmini*, seu tertia Dominica, erit Pascha.

EXEMPLUM.

Sit inveniendus dies Paschatis pro anno 1899.

a) Quaero et invenio in Cyclo Paschali saeculum 1800 in intima peripheria circuli maximi, et subter hoc saeculum, post 2, accipio Litteram Dominicalem, quae respondet ultimo anno praefati saeculi nempe E. Hanc noto, et ab altera sequenti enumero per gyrum omnes et singulas Litteras, duas si simul sint pro una computans, usque dum ab anno 1801 ad 1899 perveniam. Cumque sciam cellulas Litterarum dominicalium esse 28, ne tempus frustra teram, inutilem enumerationem omitto dicens : 28 + 28 + 28 = 84 : eapropter enumerationem incipiam a cifra 85 ; et computatione absoluta usque ad annum 1899, pervenio ad Litteram dominicalem, quam quaerebam nempe **a**.

b) Quaero et invenio in extima peripheria circuli minimi saeculum 1800, et super hoc, praetergrediens numerum arabicum, qui est numerus aureus, accipio Epactam, quae respondet ultimo anno praefati saeculi, nempe IV. Hanc noto, et ab altera sequenti enumero per gyrum omnes et singulas Epactas, donec perveniam ab anno 1801 ad 1899. Cumque sciam cellulas Epactarum esse 19, ne in inutili enumeratione tempus teram, dico : 19 + 19 + 19 + 19 = 76 : 19 = 95 : eapropter enumerationem incipiam a cifra 96; et, computatione absoluta usque ad annum 1899, pervenio ad Epactam, quam quaerebam, nempe XVIII.

c) Pergo ad Calendarium Lilii, et quaero novilunium post Nonas Martii, quod mihi exhibet Epacta iam inven-

ta, nempe XVIII : ab hac Epacta transeo in Calendario ad meam dexteram, ubi sunt Litterae dominicales : hinc descendo et quaero primam Litteram dominicalem , quam cognosco, nempe **a,** et ab ea iterum ad secundam eamdem Litteram **a** descendo : ab ea descendo iterum ad tertiam **a,** in qua sisto. Ab hac transeo in Calendario per horizontalem lineam ad meam dexteram, et invenio diem mensis huic ultimae Litterae dominicali respondentem, nempe 2 Aprilis : qui dies mensis, Dominica, est Pascha.

Nota. Si quaerendum sit Pascha, pro anno 1900, aliisque sequentium saeculorum, reminiscere, quae diximus de una vel pluribus unitatibus ab Epacta inventa subtrahendis : ceterum eadem semper ratione procedes ad Pascha cuiuscumque anni inveniendum.

P. Petrone
C.nis Missionis Scholasticus.

SPECIMEN CALENDARII

UNIVERSALIS ECCLESIAE

PRO ANNO DOMINI 1899

in quo PASCHA contingit die 2 Aprilis.

Tabella Temporaria.

Litera Dominicalis . . .	A.
Aureus Numerus	19.
Epacta	XVIII.
Litera Martyrologii . . .	t.
Indictio Romana	XII.
Cyclus Solaris	4.
Dominicae post Epiphaniam	3.
Dominicae post Pentecosten	27.

Festa Mobilia.

Septuagesima	29 Ian.
Dies Cinerum	15 Feb.
Pascha Resurrectionis	2 Apr.
Rogationes . . .	8, 9, 10 Maii.
Ascensio Domini . .	11 Maii.
Pentecostes	21 Maii.
Corpus Christi. . . .	1 Iunii.
Dominica 1. Adventus	3 Decem.

Quatuor Anni Tempora.

In vere	22, 24, 25 Febr.
In aestate . . .	24, 26, 27 Maii.
In autumno	20, 22, 23 Septem.
In hyeme . .	20, 22, 23 Decem.

NUPTIAE CELEBRARI POSSUNT

A die 7 Ianuarii ad diem 14 Februarii inclusive, et a die 10 Aprilis ad diem 2 Decembris pariter inclusive.

IANUARIUS

✠ 1. D. *(vacat)* Circumcisionis D.ni *d. 2. cl.*
2. F. 2. Oct. Stephani *d.* c. octavar.
3. F. 3. Oct. Ioannis *d.* c. oct.
4. F. 4. Oct. Innoc. *d.*
5. F. 5. Vigil. Epiph. *sem.* c. Telesphori.
✠ 6. F. 6. **Epiphaniae D.ni** *d. 1. cl. cum oct. privil.*

Cras mane aperiuntur Nuptiae.

7. S. De 2. die infra oct. *sem.*
✠ 8. D. infra oct. 1. p. Epiph. *sem.* c. oct. — *Inc. Ep. I. ad Corinth.*
9. F. 2. De 3. die infra oct. *sem.*
10. F. 3. De 4 die infra oct. *sem.*
11. F. 4. De 5. die infra oct. *sem.* c. Hygini.
12. F. 5. De 6. die infra oct. *sem.*
13. F. 6. Oct. Epiph. *d.*
14. S. Hilarii *d.* c. Felicis.
✠ 15. D. 2. p. Epiph. Nominis Iesu *d. 2. cl.* c. Pauli I. Erem. et Dom. (ac Mauri in Laud. et Miss. priv.)
16. F. 2. Marcelli I. *sem.* — *Inc. Ep. II. ad Corinth.* ex Dom. praec. — *Resumuntur Suffragia.*
17. F. 3. Antonii *d.*
18. F. 4. Cathedrae Rom. *d. m.* c. Pauli Ap. ac Priscae.
19. F. 5. Canuti *sem. ad lib.* c. Marii et Soc.
20. F. 6. Fabiani et Sebastiani *d.*
21. S. Agnetis *d.*
✠ 22. D. 3. p. Epiph. *sem.* c. Vincentii et Anastasii. — *Inc. Ep. ad Galatas.* — *Romae.* S. Familiae *d. m.* c. Vincentii et Anastasii ac Dom. — *aliq. loc.* Omnia ut Romae, sed com. Ss Mm. fit ultimo loco.
23. F. 2. Raymundi a Pennaf. *sem.* c. Emerentianae — *aliq. loc. (extra Stat. Eccl. etc.) Inc. Ep. ad Galatas*, ex Dom. praec.—*In Stat. Eccl. et Veneto.* Desponsat. B.M. V. *d. m.* c. Ioseph ac Emerentianae.
24. F. 3. Timothei *d.* — *Romae et aliq. loc. in Stat. Eccl.* — *Inc. Ep. ad Galatas,* ex Dom. praec.
25. F. 4. Convers. Pauli *d. m.* c. Petri Ap.
26. F. 5. Polycarpi *d.* — *Inc. Ep. ad Ephesios*, ex fer. 4. praec.
27. F. 6. Io. Chrysostomi *d.*
28. S. De B. M. in Sabb. *simp.* (*vel* Vot. Imm. Concept.) c. Agnetis.
✠ 29. D. Septuagesimae *2. cl. sem.*
30. F. 2. Martinae *sem.* (Romae *d.*)
31. F. 3. Petri Nolasco *d.* — *aliq. loc.* Orationis D.ni *d. m.* c. Petri Nolasco.

FEBRUARIUS

1. F. 4. Ignatii *d.*
✠ 2. F. 5. Purificationis B. M. V. *d. 2. cl.*
3. F. 6. Francisci Salesii *(f. 29 Ian.) d.* c. Blasii.
4. S. Andreae Corsini *d.*

✠ 5. D. Sexagesimae 2. *cl. sem.* c. Agathae.
6. F. 2. Titi *d.* (*In Stat. Eccl.* Hyacinthae Mariscott. *d.*) c. Dorotheae.
7. F. 3. Romualdi *d.* — *aliq. loc.* Comm. Passionis *d. m.* c. Romualdi.
8. F. 4. Ioannis de Matha *d.*
9. F. 5. Cyrilli Alexandrini *d.* (*In Stat. Eccl.* Titi *d. ass. ex 6 hui.*) c. Apolloniae.
10. F. 6. Scholasticae *d.*
11. S. Sept. Fundatorum *d.*
✠ 12. D. Quinquagesimae 2. *cl. sem.* (*Extra Stat. Eccl. in loc. in quib. concess. est Off. Desponsat.* c. Raymundi a Pennaf. *ass. ex 23 Ian.*)
13. F. 2. De ea — *vel* Vot. Angel. — *In Stat. Eccl.* Raymundi a Pennaf. *sem* (*ass. ex 23 Ian.*)
14. F. 3. Valentini *simp.* — *vel* Vot. Apost. c. Valentini. — *In Stat. Eccl.* Cyrilli Alexandrini (*f. 12 hui. ass. ex 9*) *d.* c. Valentini.

Cras clauduntur Nuptiae

15. F. 4. Cinerum *simp.* c. Faustini et Iovitae.
16. F. 5. De ea — *vel* Vot. Sacram. (Per tot. Quadr. in Off. de Ss. dicitur 9. l. de hom. et fit com. feriae).
17. F. 6. De ea — *vel* Vot. Passionis. — *aliq. loc.* Spineae Coronae *d. m.*
18. S. De eo (*vel* Vot. Imm. Concept.) c. Simeonis.

Incipit pars verna Breviarii.

✠ 19. D. 1. Quadrag. *1. cl. sem.*
20. F. 2. De ea — *vel* Vot. Angel.
21. F. 3. De ea — *vel* Vot. Apost. (*Romae* Vot. Petri et Pauli).
22. F. 4. Quat. Temp. — Cathedrae Antioch. *d. m.* c. Pauli Ap.
23. F. 5. Vigil. (de qua nihil in Off.) Petri Damiani *d.* c. Vigil. in Miss. tant.
† 24. F. 6. Quat. Temp. — Mathiae *d. 2. cl.*
25. S. Quat. Temp. De eo — *vel* Vot. Imm. Concept. — *In Italia et ubi est concess.* Margaritae Corton. *sem.* — *aliq. loc.* (*extra Ital. etc.*) Lanceae et Clavor. (*f. fer. 6. praec.*) *d. m.*
✠ 26. D. 2. Quadrag. *2. cl. sem.*
27. F. 2. De ea — *vel* Vot. Angel. — *In Ital. etc.* Lanceae et Clavor. (*f. fer. 6. praec.*) *d. m.*
28. F. 3. De ea — *vel* Vot. Apost. (*Romae* Vot. Petri et Pauli).

MARTIUS

1. F. 4. De ea — *vel* Vot. Ioseph.
2. F. 5. De ea — *vel* Vot. Sacram.
3. F. 6. De ea — *vel* Vot. Passionis — *aliq. loc.* Sindonis D.ni *d. m.*
4. S. Casimiri *sem.* c. Lucii I.
✠ 5. D. 3. Quadrag. *2. cl. sem.*
6. F. 2. De ea — *vel* Vot. Angel.
7. F. 3. Thomae Aquin. *d.* c. Perpetuae et Felicitatis.
8. F. 4. Ioannis de Deo *d.*
9. F. 5. Franciscae Rom. *d.*
10. F. 6. Quadrag. Mm. *sem.*

— *aliq. loc.* Quinque Vulner. D.ni, *d. m.* c. Quadrag. Mm.

11. S. De eo — *vel* Vot Imm. Concept.

✠ 12. D. 4. QUADRAG. 2. *cl. sem.*

13. F. 2. Gregorii Magni I. (*f. heri*) *d.*

14. F. 3. De ea — *vel* Vot. Apost. (*Romae* Vot. Petri et Pauli).

15. F. 4. De ea — *vel* Vot. Ioseph.

16. F. 5. De ea — *vel* Vot. Sacram.

17. F. 6. Patritii *d.* — *aliq. loc.* Pretios. Sanguinis D.ni *d. m.* c. Patritii.

18. S. Cyrilli Hierosol. *d.* — *aliq. loc.* Gabriëlis Archang. *d. m.*

✠ 19. D. PASSIONIS *1. cl. sem.* « Cessant Suffragia et Off. vot. »

20. F. 2. **Ioseph** (*f. heri*). *d. 1. cl*

21. F. 3. Benedicti *d. m.*

22. F. 4. De ea — *In Italia* Catharinae Fliscae Adurnae *d.* — *aliq. loc. extra Ital.* Cyrilli Hierosol. (*f. 20 hui. ass. ex 18*) *d.*

23. F. 5. De ea — *aliq. loc. in Italia.* Cyrilli Hierosol. (*f. 20 hui. ass. ex 18*) *d.*

24. F. 6. Septem Dolorum B. M. V. *d. m.*

✠ 25. S. **Annuntiationis B. M. V.** *d. 1. cl.*

✠ 26. D. PALMARUM *1. cl. sem.*

27. F. 2. mai. hebd. De ea.

28. F. 3. mai. hebd. De ea, c. Ioannis a Capistrano.

29. F. 4. mai. hebd De ea.

30. F. 5. in COENA DOMINI *d. 1. cl.*

31. F. 6. in PARASCEVE *d. 1. cl.*

APRILIS

1. SAB. SANCTUM *d. 1. cl.*

✠ 2. D. **Pascha Resurrectionis** *d. 1. cl. cum oct.* (nihil de Francisco a Paula).

† 3. F. 2. DE EA *d. 1. cl.*

† 4. F. 3. DE EA *d. 1. cl.*

5. F. 4. De ea *sem.* c. Vincentii Ferreri.

6. F. 5. De ea *sem.*

7. F. 6. De ea *sem.*

8. S. De eo *sem.*

✠ 9. D. IN ALBIS *1. cl.* De ea *d.*

CRAS MANE APERIUNTUR NUPTIAE.

10. F. 2. Ioannis Damasceni (*f. 27 Mart.*) *d.*

11. F. 3. Leonis I. *d.*

12. F. 4. Isidori (*f. 4 hui*) *d.*

13. F. 5. Hermenegildi *sem.* — *Inc. lib. Act. Ap.* ex fer. 2. praec. « Suffr. de Cruce »

14. F. 6. Iustini *d.* c. Tiburtii et Soc.

15. S. De B. M. in Sabb. *simp.* — *vel* Vot. Imm. Concept.

✠ 16. D. 2. p. Pascha. De ea *sem.*

17. F. 2. Aniceti *simp* — *vel* Vot. Angel. c. Aniceti.

18. F. 3. De ea — *vel* Vot. Apost. (*Romae* Vot. Petri et Pauli).

19. F. 4. De ea — *vel* Vot. Ioseph.

20. F. 5. De ea — *vel* Vot. Sacram.

21. F. 6. Anselmi *d.*

22. S. Soteris et Caii *sem.*

✠ 23. D. 3. p. Pascha. PATROCINII IOSEPH *d. 2. cl.* c. Dom. ac Georgii.

24. F. 2. Fidelis a Sigmaringa *d.* — *Inc. lib. Apocal.* ex Dom. praec.

25. F. 3. Marci *d.* 2. *cl.*
26. F. 4. Cleti et Marcellini *sem.* — *aliq. loc.* B. M. V. de Bono Consilio *d. m.*
27. F. 5. De ea — *vel* Vot. Sacram. — *aliq. loc.* Cleti et Marcellini *sem.* *(ass. ex 26 hui.)*
28. F. 6. Pauli a Cruce *d.* c. Vitalis.
29. S. Petri *d.*
✠ 30. D. 4. p. Pascha. Catharinae Sen. *d.* (Romae *d. 2. cl.*) c. Dom. — *Inc. Ep. Iacobi.*

MAIUS

† 1. F. 2. Philippi et Iacobi *d. 2. cl.* ll. 1. n. Scr. occ. (Romae *Inc. Ep. Iacobi,* ex Dom. praec.)
2. F. 3. Athanasii *d.*
† 3. F. 4. Inventio Crucis *d. 2. cl.* c. Alexandri I. et Soc. in Laud. et Miss. priv.
4. F. 5. Monicae *d.*
5. F. 6. Pii V. *d.*
6. S. Ioann. ante P. L. *d. m.*
✠ 7. D. 5. p. Pascha. Stanislai *d.* c. Dom. — *Inc. Ep. I. Petri.*
8. F. 2. Rogat. Appar. Michaëlis Arch. *d. m.* c. fer.
9. F. 3. Rogat. Gregorii Nazianz. *d.* (In Miss. 2. or. fer.)
10. F. 4. Rogat. Vigil. Antonini *d.* c. Vigil. ac Gordiani et Epimachi. (In Miss. 4. or. fer.)
✠ 11. F. 5. **Ascensio Domini** *d. 1. cl. cum oct.*
12. F. 6. Nerei et Soc. *sem.* c. oct. — *Inc. Ep. II. Petri.*
13. S. De oct. *sem.*
✠ 14. D. infra oct. De ea *sem.* c. oct. ac Bonifacii — *Inc. Ep. I. Ioannis.*
15. F. 2. De oct. *sem.* — *aliq. loc.* Isidori *d.* c. oct.
16. F. 3. Ubaldi *sem.* *(aliq. loc.* Ioannis Nepomuc. *d.)* c. oct.
17. F. 4. Paschalis Baylon *d.* c. oct. — *Inc. Ep. II. Ioannis.*
18. F. 5. Oct. Ascens. *d.* c. Venantii.
19. F. 6. Petri Caelestini *d.* c. fer. ac Pudentianae. — *Inc. Ep. III. Ioannis.*
20. S. Vigil. Pent. De ea *sem.* c. *(cum 9. l. ex 3 una)* Bernardini Sen. in Laud. tant. — *Inc. Ep. Iudae.* — « Cessant Octavae. »
✠ 21. D. **Pentecostes** *d. 1. cl. cum oct. privil.* (nihil de Felice a Cantal. *in Italia,* et de Ubaldo *in aliq. loc. extra Ital.*)
† 22. F. 2. De ea *d. 1. cl.* (nihil *aliq. loc., in Ital.* de Ubaldo)
† 23. F. 3. De ea *d. 1. cl.*
24. F. 4. Quat. Temp. De ea *sem.*
25. F. 5. De ea *sem.* c. Gregorii VII. et Urbani I.
26. F. 6. (*Romae* ✠) Quat. Temp. De ea *sem.* c. Philippi Neri (*except. Roma*) ac Eleutherii.
27. S. Quat. Temp. De eo *sem.* c. M. Magdal. de Pazzis, ac Ioannis I.

Incipit pars aestiva Breviarii.

✠ 28. D. 1. p. Pent. *1. cl.* Trinitatis *d. 2. cl.* c. Augustini Cant. et Dom.
29. F. 2. De ea — *vel* Vot.

Angel. « Resumunt. Suffragia » *Inc. lib I. Reg.* — *Romae.* Philippi Neri (*f. 26 hui.*) *d. 2. cl.* — *In Stat. Eccl.* B. M. V. Auxil. Christ. (*f. 24 hui.*) *d. m.*

30. F. 3. Felicis I. *simp.* — *vel* Vot. Apost. c. Felicis I. — *In Stat. Eccl.* Ferdinandi III. *sem.* c. Felicis I. — *Inc. lib. I. Reg.* ex fer. 2. praec.

31. F. 4. Angelae Merici *d.* c. Petronillae.

IUNIUS

✠ 1. F. 5. **Corporis Christi** *d. 1. cl. cum oct. privil.*—*aliq. loc. cum oct. privil. ut Epiph.*

2. F. 6. De oct. *sem.* c. (*sine l.*) Marcellini et Soc.

3. S. De oct. *sem.*

✠ 4. D. infra oct. 2. p. Pent. Francisci Caracciolo *d.* c. Dom. et oct.

5. F. 2. Bonifacii *d.* c. oct.

6. F. 3. Norberti *d.* c. oct

7. F. 4. De oct *sem.*

8. F. 5. Oct. Corporis Christi *d.*

9. F. 6. **Cordis Iesu** *d. 1. cl.* (nihil de Primo et Feliciano).

10. S. Margaritae Regin. *sem.*

✠ 11. D. 3 p. Pent. Barnabae *d. m.* c. Dom.

12. F. 2. Ioannis a S. Facundo *d.* c. Basilidis et Soc.

13. F. 3. Antonii à Padua *d.*

14. F. 4. Basilii *d.*

15. F. 5. Viti et Soc. *simp.* — *vel* Vot. Sacram. c. Viti et Soc. — *Romae.* B. M. V. Auxil. Christ. (*f. 24 Mai.*) *d. m.* c. Viti et Soc.

16. F. 6. De ea (*In Stat. Eccl.* R. R. ex fer. 2. post Trinit.) *vel* Vot. Passionis.

17. S. De B. M. in Sabb. *simp.* — *vel* Vot. Imm. Concept.

✠ 18. D. 4. p. Pent. De ea *sem.* c. Marci et Marcelliani.

19. F. 2. Iulianae de Falcon. *d.* c. Gervasii et Protasii.

20. F. 3. Silverii *simp.* — *vel* Vot. Apost. (*Romae* Vot. Petri et Pauli) c. Silverii.

21. F. 4. Aloisii *d.*

22. F. 5. Paulini *simp.* — *vel* Vot. Sacram. c. Paulini.

23. F. 6. Vigil. De ea — *vel* Vot. Passionis, c. Vigil.

✠ 24. S. **Nativ. Ioannis Bapt.** *d. 1. cl. cum oct.*

✠ 25. D. 5. p. Pent. Gulielmi *d.* (*Romae et aliq. loc.* Gallicani *d.*) c. Dom. et oct. — *Inc. lib. II. Reg.*

26. F. 2. Ioannis et Pauli *d.* c. oct.

27. F. 3. De oct. *sem. Romae et aliq. loc.* Gulielmi *d.* (*ess. ew 25 hui*) c. oct.

28. F. 4. Vigil. Leonis II. *sem.* c. oct. et Vigil.

✠ 29. F. 5. **Petri et Pauli** *d. 1. cl. cum oct.* — *aliq. loc.* c. omn. App.

30. F. 6. Comm. Pauli *d. m.* c. Petri Ap. ac oct. Nativ. Ioannis Bapt.

IULIUS

1. S. Oct. Nativ. Ioannis Bapt. *d.* c. oct. App.

✠ 2. D. 6. p. Pent. Visitationis B. M. V. *d.* 2. *cl.* c. Dom. (oct. App. *Romae tant.*)ac (in Laud. et Miss. priv.) Processi et Martiniani.
3. F. 2. Pretiosis. Sanguinis D.ni (*f.heri*) *d.* 2. *cl.* (c. oct. App. *Romae tant.*)
4. F. 3. De oct. App. *sem.*
5. F. 4. Antonii M. Zaccaria *d.* c. oct.
6. F. 5. Oct. App. *d.*
7. F. 6. Cyrilli et Methodii *d.*
8. S. Elisabeth Portug. *sem.*
✠ 9. D. 7.p. Pent. De ea *sem. Inc. lib. III. Reg.* --- *Romae.* Prodigior. B. M. V. *d. m.* c. Dom.— *In Stat. Eccl.* Veronicae de Iulianis *d.* c. Dom. --- *Inc. lib. III. Reg.* --- *aliq. loc. extra Stat. Eccl.* Comm. omn. Pontif. *d.* c. Dom.
10. F. 2. Septem Fratrum *sem.*---*Romae et aliq. loc. extra Stat. Eccl. Inc. lib. III. Reg.* ex Dom. praec.
11. F. 3. Pii I. *simp.* --- *vel* Vot. Apost. c. Pii I. — *Romae.* Veronicae de Iulianis *d.* (*ass. ex 9 hui.*) c. Pii I.
12. F. 4. Io. Gualberti *d.* c. Naboris et Felicis.
13. F. 5. Anacleti *sem.*
14. F. 6. Bonaventurae *d.*
15. S. Henrici *sem.*
✠ 16. D. 8. p. Pent. B. M. V. de Monte Carmelo *d. m.* c. Dom.
17. F. 2. Alexii *sem.* (Romae *d.*)
18. F. 3. Camilli *d.* c. Symphorosae et Filiorum.
19. F. 4. Vincentii a Paulo *d.*
20. F. 5. Hieronymi Aemiliani *d.* c. Margaritae.
21. F. 6. Praxedis *simp.* --- *vel* Vot. Passionis, c. Praxedis.
22. S. M. Magdalenae *d.*
✠ 23. D. 9. p. Pent. Apollinaris *d.* c. Dom. et Liborii.---*Inc. lib. IV. Reg.*
24. F. 2. Vigil. De ea, c. Christinae. --- *vel* Vot. Angel. c. Vigil. et Christinae.
† 25. F. 3. Iacobi *d.* 2. *cl.* c. Christophori in Laud. et Miss. priv.
† 26. F. 4. Annae *d.* 2. *cl.*
27. F. 5. Pantaleonis *simp.*--- *vel* Vot. Sacram. c. Pantaleonis.
28. F. 6. Nazarii et Soc. *sem.*
29. S. Marthae *sem.* c. Felicis II. et Soc.
✠ 30. D. 10. p. Pent. 1. Aug. De ea *sem.* c. Abdon et Sennen. --- *Inc. Parab. Salom.* --- *aliq. loc. in Stat. Eccl.* Comm. omn. Pontif. *d.* c. Dom. ac Abdon et Sennen.
31. F. 2. Ignatii de Loiola *d.* --- *aliq. loc. in Stat. Eccl. Inc. Parab. Salom.* ex Dom. praec.

AUGUSTUS

1. F. 3. Petri ad Vincula *d. m.* c. Pauli Ap. ac Machabaeorum.
2. F. 4. Alphonsi *d.* c. Stephani I.
3. F. 5. Invent. Stephani *sem.*
4. F. 6. Dominici *d. m.*
5. S. Dedic. B. M. V. ad Nives *d. m.*
✠ 6. D. 11. p. Pent. 2. Aug.

Transfig. Domini *d. m.* c. Dom. ac Xysti II. et Soc.

7. F. 2. Caietani *d.* c. Donati. --- *Inc. lib. Ecclesiastes*, ex Dom. praec.
8. F.3.Cyriaci et Soc. *sem.*
9. F. 4. Vigil. De ea (*aliq. loc. in Stat. Eccl.* RR. ex 1. Noct. Dom.1. hui.) c. Romani. --- *vel* Vot. Ioseph c. Vigil. et Romani.
† 10. F. 5. **Laurentii** *d. 2. cl. cum oct.*
11. F. 6. De oct. *sem.* c. Tiburtii et Susannae.
12. S. Clarae *d.* c. oct.
✠ 13. D. 12. p. Pent. 3. Aug. De ea *sem.* c. oct. ac Hippolyti et Cassiani.--- *Inc. lib. Sapientiae.*
14. F. 2. Vigil. De oct. *sem.* c. Vigil. ac Eusebii. Miss. Vigil. c. oct. ac Eusebii.
✠ 15. F. 3. **Assumptionis B. M. V.** *d. 1. cl. cum oct.*
16. F. 4. Hyacinthi *d.* (*aliq. loc.* Rochi *d.*) c. 2 oct.
17. F. 5. Oct. Laurentii *d.* c. oct. Assumpt.
18. F. 6. De oct. *sem.* c. Agapiti. --- *aliq. loc.* Hyacinthi *d.* (*ass. ex 16 hui.*) c. oct. et Agapiti.
19. S. De oct. *sem.*
✠ 20. D. 13. p. Pent. 4. Aug. Ioachim *d. 2. cl.* c. Dom.
21. F. 2. Io. Franc. Fremiot de Chantal. *d.* c. oct.--- *Inc. lib. Ecclesiastici*, ex Dom. praec.
22. F. 3. Oct. Assumpt. *d.* c. Timothei et Soc.
23. F. 4. Vigil. Philippi Benitii *d.* c. Vigil. (*except. Roma*).
† 24. F. 5. Bartholomaei *d. 2. cl.*--- *Romae.* Vigil., Bernardi (*f. 20 hui.*) *d.* c. Vigil.
25. F. 6 Ludovici *sem.* (in Gallia *d.*) --- *Romae* † Bartholomaei *d. 2. cl.*
26. S. Bernardi (*f. 20 hui.*) *d.* c. Zephyrini. — *Romae.* Ludovici *sem.* c. Zephyrini.
✠ 27. D. 14. p. Pent. 5. Aug. Iosephi Calasanctii *d.* c. Dom. — *aliq. loc.* Purissimi Cordis B. M. V. *d. m.* c. Iosephi Calasanctii et Dom.
28. F. 2. Augustini *d.* c. Hermetis.
29. F. 3. Decollat. Ioannis Bapt. *d. m.* c. Sabinae.
30. F. 4. Rosae Limanae *d.* c. Felicis et Adaucti.
31. F. 5. Raymundi Nonnati *d.*

SEPTEMBER

1. F. 6. Aegidii *simp.* c. Duodec. Fratr. — *vel* Vot. Passionis, c. Aegidii et Duodec. Fratr.
2. S. Stephani Reg. *sem.*

INCIPIT PARS AUTUMNALIS BREVIARII.

✠ 3. D. 15. p. Pent. 1. Sept. De ea *sem.* — *Inc. lib. Iob.*
4. F. 2. De ea — *vel* Vot. Angel. — *In Stat. Eccl.* Rosae a Viterb. *d.*
5. F. 3. Laurentii Iustin. *sem.*
6. F. 4. De ea — *vel* Vot. Ioseph.
7. F. 5. De ea — *vel* Vot. Sacram.
✠ 8. F. 6. Nativitatis B. M. V. *d. 2. cl. cum oct.*

c. Hadriani in Laud. et Miss. priv.
9. S. De oct. *sem.* c. Gorgonii.
✠ 10. D. 16. p. Pent. 2. Sept. Nominis B. M. V. *d. m.* c. Nicolai a Tolent. et Dom.
11. F. 2. De oct. *sem.* c. Proti et Hyacinthi.
12. F. 3. De oct. *sem.*
13. F. 4. De oct. *sem.*
14. F. 5. Exaltat. Crucis *d. m.* c. oct.
15. F. 6. Oct. Nativ. B. M. V. *d.* c. Nicomedis.
16. S. Cornelii et Cypriani *sem.* c. Euphemiae et Soc.
✠ 17. D. 17. p. Pent. 3. Sept. VII. Dolorum B. M. V. *d. m.* c. Stigmat. Francisci ac Dom.
18. F. 2. Iosephi a Cupertino *d.*
19. F. 3. Ianuarii et Soc. *d.* — *Inc. lib. Tobiae,* ex Dom. praec.
20. F. 4. QUAT. TEMP. Vigil. (de qua nihil in Off.) Eustachii et Soc. *d.* c. fer. In Miss.3.or. Vigil.
† 21. F. 5. MATTHAEI *d. 2. cl.*
22. F. 6. QUAT. TEMP. Thomae a Villan. *d.* c. fer. ac Mauritii et Soc.
23. S. QUAT. TEMP. Lini *sem.* c. fer. ac Theclae
✠ 24. D. 18. p. Pent. 4. Sept. B. M. V. de Mercede *d. m.* c. Dom.
25. F. 2. De ea — *vel* Vot. Angel. — *Inc. lib. Iudith,* ex Dom. praec.
26. F. 3. Cypriani et Iustinae *simp.* — *vel* Vot. Apost. (*Romae* Vot. Petri et Pauli) c. Cypriani et Iustinae.
27. F. 4. Cosmae et Damiani *sem.*
28. F. 5. Wenceslai *sem.* — *Inc. lib. Esther,* ex Dom. V. Sept.
29. F. 6. (*Romae* ✠) DEDIC. MICHAËLIS ARCHANG. *d. 2. cl.*
30. S. Hieronymi *d.*

OCTOBER

✠ 1. D. 19. p. Pent. 1. Oct. ROSARII B. M. V. *d. 2. cl.* c. Dom. (ac Remigii in Laud. et Miss. priv.)—*In Gallia* c.Remigii (in utrisq. Vesp., Laud. et omn. Miss) ac Dom.
2. F. 2. Angelorum Custodum *d m.*
3. F. 3. De ea (ll. ac ℟℟. ex 1. Noct.Dom. praec.) — *vel* Vot. Apost. (*Romae* Vot. Petri et Pauli) — *Inc. lib. I. Machab.* ex Dom. praec.
4. F. 4. Francisci *d. m.*
5. F.5. Placidi et Soc. *simp.* — *vel* Vot.Sacram. (*Romae.* Gallae *d.*) c. Placidi et Soc.
6. F. 6. Brunonis *d.*
7. S. De B. M. in Sabb. *simp.* (*vel* Vot. Imm. Concept.) c. Marci ac Sergii et Soc.
✠ 8. D. 20. p. Pent. 2. Oct. Birgittae *d.* c. Dom. — *aliq. loc.* Maternit. B. M. V. *d. m.* c. Birgittae ac Dom.
9. F.2.Dionysii et Soc.*sem.*
10. F. 3. Francisci Borgia *sem.*
11. F. 4. De ea — *vel* Vot. Ioseph.
12. F. 5. De ea — *vel* Vot. Sacram.

13. F. 6. Eduardi *sem.*
14. S. Callisti I. *d.*
✠ 15. D. 21. p. Pent 3. Oct. Teresiae *d.* c. Dom. — *aliq. loc.* Puritatis B. M. V. *d. m.* c. Teresiae et Dom.
16. F. 2. De ea — *vel* Vot. Angel.
17. F. 3. Hedwigis *sem.*
18. F. 4. Lucae *d. 2. cl.*
19. F. 5. Petri de Alcant. *d.*
20. F. 6 Ioannis Cantii *d.*
21. S. De B. M. in Sabb. *simp.* (*vel* Vot Imm. Concept.) c. Hilarionis ac Ursulae et Soc.
✠ 22. D. 22. p. Pent. 4. Oct. De ea *sem.* — *Inc. lib. II. Machab.*
23. F. 2. De ea — *vel* Vot. Angel. — *Romae.* Redemptoris *d. m.*
24. F. 3. De ea — *vel* Vot. Apost. — *aliq. loc.* Raphaëlis Archang. *d. m.*
25. F. 4. Chrysanthi et Dariae *simp.* — *vel* Vot. Ioseph, c. Chrysanthi et Dariae.
26. F. 5. Evaristi *simp.* — *vel* Vot. Sacram. c. Evaristi. — *Igitur Eleazarus*, ex Dom. 5 Oct.
27. F. 6. Vigil. De ea ll. hom. — *vel* Vot. Passionis, ll. 1. N. *Mortuo itaque*, ex fer. 2. p. Dom. V. Oct. c. Vigil.
† 28. S. Simonis et Iudae *d. 2. cl.*
✠ 29. D. 23. p. Pent 1. Nov. De ea *sem.* — *Inc. lib. Ezechielis.*
30. F. 2. De ea — *vel* Vot. Angel.
31. F. 3. Vigil. De ea — *vel* Vot. Apost. (*Romae* Vot. Petri et Pauli) c. Vigil.

NOVEMBER

✠ 1. F. 4. **Omnium Sanctorum** *d. 1. cl. cum oct.*
2. F. 5. De oct. *sem.* Comm. omn. Defunct. *d.*
3. F. 6. De oct. *sem.*
4. S. Caroli *d.* c. oct. ac Vitalis et Agricolae.
✠ 5. D. 24. p. Pent. 2. Nov. De ea *sem.* c. oct.
6. F. 2. De oct. *sem.*
7. F. 3. De oct. *sem.*
8. F. 4. Oct. omnium Ss. *d.* c. Quatuor Coronat.
9. F. 5. Dedic. Basilic. Salvatoris *d. m.* c. Theodori.
10. F. 6. Andreae Avellini *d.* c. Triphonis et Soc.
11. S. Martini *d.* c. Mennae.
✠ 12. D. 25. p. Pent. 3. Nov. De ea *sem.* c. Martini I. — *Inc. lib. Danielis.* — *In Stat. Eccl.* Patrocinii B. M. V. *d. m.* c. Dom. et Martini I.
13. F. 2. Didaci *sem.* — *In Italia.* Stanislai Kostka *d.* — *In Stat. Eccl. Inc. lib. Danielis*, ex Dom. praec.
14. F. 3. Iosaphat *d.*
15. F. 4. Gertrudis *d.*
16. F. 5. De ea — *vel* Vot. Sacram. — *In Italia.* Didaci *sem.* (*ass. ex 13 hui.*)
17. F. 6. Gregorii Thaumaturgi *sem.* (Romae *d.*)
18. S. Dedic. Basilic. Petri et Pauli *d. m.*
✠ 19. D. 26. p. Pent. 4. Nov. Elisabeth *d.* c. Dom. et Pontiani. — *Inc. lib. Osee.*

20. F. 2. Felicis de Valois *d.*
21. F. 3. Praesentationis B. M. V. *d. m.*
22. F. 4. Caeciliae *d.*
23. F. 5. Clementis I. *d.* c. Felicitatis.
24. F. 6. Ioannis a Cruce *d.* c. Chrysogoni. ll. 1. N. 1. *Inc. Ioël*, ex fer. 3. praec. 2. *Inc. Amos*, ex fer. 5. praec. 3. *Inc. Abdias.*
25. S. Catharinae *d.* — *Inc. Ionas.*
✠ 26. D. 27. ult. p. Pent. 5. Nov. Silvestri *d.* c. Dom. ac Petri Alexandrini. — *Inc. Michaeas.*
27. F. 2. De ea — *vel* Vot. Angel. — *Inc. Nahum.*
28. F. 3. De ea — *vel* Vot. Apost. (*Romae* Vot. Petri et Pauli) — *Inc. Habacuc.*
29. F. 4. Vigil. De ea, ll. hom. c. Saturnini — *vel* Vot. Ioseph, c. Vigil. et Saturnini ll. 1. N. *Inc. Sophonias.*
† 30. F. 5. Andreae *d.* 2. *cl.*

DECEMBER

1. F. 6. De ea, ll. 1. *Inc. Sophonias*, ex fer. 4. praec. 2. *Inc. Aggaeus*, ex fer. 5. praec. 3. *Inc. Zacharias* — *vel* Vot. Passionis ll. 1. N. 1. *Inc. Aggaeus*, ex fer. 5. praec. 2. et 3. *Inc. Zacharias.*
2. S. Bibianae *sem.* — *Inc. Malachias.*

Incipit pars hyemalis Breviarii.

Cras clauduntur Nuptiae.

✠ 3. D. 1. Adv. *1. cl. sem.* c. Francisci Xaverii.
4. F. 2. Petri Chrysologi *d.* c. Barbarae (Dieb. fer. per tot. Adv. in Off. 9 lect. fit com. fer.)
5. F. 3. De ea. c. Sabbae — *vel* Vot. Apost. (*Romae* Vot. Petri et Pauli) c. Sabbae.
6. F. 4. Nicolai *d.*
7. F. 5. Vigil. (de qua nihil in Off.) Ambrosii *d.* (In Miss. 3 or. ac Ev. Vigil.)
✠ 8. F. 6. **Immac. Concept. B.M.V.** *d. 1. cl. cum oct.*
9. S. De oct. *sem.*
✠ 10. D. 2. Adv. *2. cl. sem.* c. oct. et Melchiadis. — *In regione Picena.* Translat. Almae Domus Lauret. *d. 1. cl. cum oct. quae suspendit. usq. ad diem 16 et terminat. ad Non. eiusd. diei,* c. Dom. *tant.*
11. F. 2. Damasi I. *sem.* c. oct.
12. F. 3. De oct. *sem.* — *In Stat. Eccl.* (*extra reg. Picen*). Translat. Almae Domus Lauret. (*f. 10 hui.*) *d. m.*
13. F. 4. Luciae *d.* c. oct.
14. F. 5. De oct. *sem.*
15. F. 6. Oct. Imm. Concept. B. M. V. *d.*
16. S. Eusebii *sem.* (*In reg. Picena* c. oct. Translat. Domus Lauret. in Laud. et Miss. tant.)
✠ 17. D. 3. Adv. De ea *sem.* « Cessant Off. votiv. » — O *Sapientia.*
18. F. 2. De ea. — *In Stat. Eccl. Veneto et Hispano.* Exspect. Part. B.M. V. *d. m.* — *O Adonai.*
19. F. 3. De ea — *O Radix.*
20. F. 4. Quat. Temp. Vigil. (de qua nihil in

Off.) De fer.c. Vigil. in Miss. tant. --- *O Clavis.*

† 21. F. 5. Thomae *d.* 2. *cl.* --- *O Oriens.*

22. F. 6. Quat. Temp. De ea — *O Rex.*

23. S. Quat. Temp. De eo --- *O Emmanuel.*

✠ 24. D. 4. Adv. 2. *cl.* Vigil. Nativ. *sem.* usq. ad Laud. deinc. *d.* c. Dom. in Laud. et Miss.

✠ 25. F. 2. **Nativitatis D. N. I. C.** *d. 1. cl. cum oct. privil.*

† 26. F. 3. Stephani *d.* 2. *cl. cum oct.* c. oct. Nativ. --- *aliq. loc.* c. omn. Mm. et oct. Nativ.

† 27. F. 4. (*Romae* ✠) Ioannis *d.* 2. *cl. cum oct.* c. octavar.

† 28. F. 5. Innocentium *d.* 2. *cl. cum oct.* c. octavar.

29. F. 6. Thomae Cantuar. *d.* c. octavar.

30. S. De infr. oct Nativ. *sem.* c. aliar. octavar.— *Inc. Ep. ad Romanos.*

✠ 31. D. infra oct. Nativ. Silvestri I. *d.* c. Dom. et octavar. in Laud. et Miss. *tant.*

Hodie et Anno insequenti 1900 litera Martyrologii erit **N.** *magna.*

DUBIORUM LITURGICORUM SOLUTIO

I. *E Rossia.* **De cuiusdam Decreti extensione, quoad vim obligandi.** Iuxta Decretum in *Bisarchien.* licet de consensu Ordinarii in Missa *privata*, non licet in *solemni*, preces vel hymnos lingua vernacula compositos canere ad honorem Sancti vel Mysterii, cuius festum agitur *(V. Ephem. Liturg. an. 1896, pag. 131).* Responsionem autem huiusmodi dictum Decretum firmat allegando Articulum septimum et octavum Ordinationis pro Musica Sacra (*V. Ephem. an. 1894, pag. 502*). Insuper explicite revocat Decretum d. d. 21 Iun. 1879 et alia quaecumque. Itaque licet nunc quaerere: 1. Utrum praefatum Decretum *Bisarchien.* obliget universam Ecclesiam? 2. Utrum eodem Decreto prohibita sint cantica, composita lingua vernacula, solummodo infra Missam stricte solemnem an etiam infra

Missam quamcumque cantatam, scilicet sine Diacono et Subdiacono, prout communiter apud nos intelligunt ?

Resp. Satis videtur nobis rationabile Dubium propositum ; quia Ordinatio pro Musica Sacra haud omnes respicit Ordinarios, sed eos tantum qui italicas dioeceses gubernant. Et sane Epistola eidem Ordinationi praemissa, ab ipsomet tunc temporis S. R. Congregationi Praefecto E.mo C. Aloisi-Masella data fuit ad solos Italiae Episcopos, non autem ad exteros. Lex ergo hos solos, non reliquos videtur afficere : ut neque liturgica lingua conscripta fuerit, seu latina, sed idiomate tantum italico. Iure ergo quaeritur : 1. Utrum Decretum in *Bisarchien.* obligationem pariat in universa Ecclesia ; innititur enim Ordinationi pro Musica Sacra, quae haud omnes Ecclesias obligat, sed tantum italas.

Dubium profecto satis grave, cui facere non possumus satis, nisi aliis documentis innixi; rem penitius perpendamus. Itaque primo animadvertimus, idiomatis extraliturgici prohibitionem in Missis, saltem solemnibus vel cantatis, non esse solum recentem, sed satis antiquam. Ita ex. gr. S. R. C. ab anno 1628 in una *Novarien.* prohibebat, ne in Ecclesiis Regularium canerentur *Laudes idiomate vulgari compositae.* Item in *Ariminensi* an. 1639 *Laudes idiomate vulgari compositas canere inter Missarum solemnia omnino prohibendas, prout prohiberi mandavit.* Similiter in una *Ternana* an. 1657 decreverat : *Minime tolerandum abusum huiusmodi . . ., et omnino Episcopus idem prohibeat in Ecclesiis cantiones vel quorumvis verborum cantum materno idiomate.* Haec sint satis, ut alia recentiora vetita praetereamus, atque etiam nonnullas pontificias Constitutiones, ex quibus eadem prohibitio arguitur, vel quibus superiora innituntur. Hinc cl. De Herdt ulla sine errandi formidine scribit : « Prohibitum est cantare laudes, cantilenas, cantiones vel alia in lingua vul-

gari, sive **inter Missarum solemnia,** sive etc. (*pars 1, n. 112*). »

Verum est quidem, relata S. R. Congregationis Decreta, uti alia hoc vetitum spectantia, a nova Collectione fuisse expuncta ; sed hoc factum est ratione Ordinationis pro Musica Sacra, ne inter hanc et Decreta aliquid appareret minus cohaerens. Ordinatio enim aliquid explicite nunc permittit, quod Decreta vel prohibebant, vel incertum aliquomodo relinquebant. Hoc autem significat, Ordinationem praefatam expunctis Decretis fuisse suffectam, quod hoc punctum saltem attinet disciplinae. Secus dicendum foret, disciplinam huiusmodi Ecclesias tantum italas respicere, pro quibus ius liturgicum servatum foret, dum omnino relaxatum pro ceteris censendum esset: quod ab Eminentissimorum Patrum Sacris tuendis Ritibus praepositorum voluntate prorsus alienum fuit. Unde sequitur, vulgare idioma in Missis saltem solemnibus vel cantatis esse omnino in praesenti prohibitum, sicut antea.

Praeterea in Commentariis (1) super eadem Ordinatione iam alias docuimus quae sequuntur : « Quaenam sint autem functiones severe liturgicae, superius expositum fuit : nunc addendum, dici tantum solemnes illas, quae in Missis vel Vesperis cum cantu consistunt. In his ergo **unum permittitur idioma, ritus proprium, quod liturgicum est, seu latinum, et sapienter. Non enim fas est linguam aliam liturgicae miscere, cum non tantum liturgica est**

(1) Commentaria ista redegimus ex Superiorum voluntate ; et quae in ipsis continentur spiritui et litterae legis apprime respondent. Namque antequam omnes articuli vulgarentur, impositum nobis fuerat, ut singulas paginas adhuc adumbratas mitteremus ad Eminentissimum Praefectum S. R. Congregationi, qui ad Officiales eas dabat pro revisione et approbatione, post quae tantum, potestas nobis fiebat publicationis.

functio, sed etiam solemniter persolvitur. Praeterea eiusmodi actus proprios possident latinos textus, ut nec iis alii extranei sufficiant, nec iisdem commisceri debeant etc. (*V. Ephem. 1894, pag. 693*). » Hinc patet, cantus vulgari lingua non esse, si severe loquamur, prohibitos tantummodo in solemnibus functionibus liturgicis vi Ordinationis pro Musica Sacra, sed etiam ex natura rei; quia, scilicet, Missa cantanda est ad normam iuris. Quodnam autem ius? Illud S. Pii V in sua Constitutione **Quo primum**, Missali praemissa: « Mandantes ac districte . . . praecipientes . . . ut ceteris omnibus rationibus et ritibus . . . penitus omissis ac plane reiectis, Missam iuxta **ritum, modum ac normam,** quae per Missale hoc a nobis traditur, decantent ac legant. » His autem verbis, saltem quod Missam cantatam attinet, eadem semper hucusque seu ex Bullis Pontificiis, seu ex Decretis S. R. Congregationis interpretatio data est: ut videlicet alia praeter latinam linguam pro cantu liturgico non sit permissa.

Denique animadvertimus, non esse mirum, quod lex aliqua sit particularis, complexa tamen, et aliquid contineat generale: adeo ut pro aliqua parte omnes obliget. Ratio est, quia lex particularis cum plura contineat, ut supponimus, aliquid continere potest, quod ex alia lege praescribitur: ut pro hac parte generalis evadat. Id comprobatur fore in omnibus legibus complexis, imo in ipsis Constitutionibus seu Regulis communibus religiosarum Familiarum, quae Regulae vix sub culpa, *per se saltem*, obligant. Etenim praeter consilia comprehendunt etiam aliquod ex praeceptis Decalogi vel Ecclesiae. Ita accidit in casu nostro. Ordinatio pro Musica Sacra respicit tantum Italiam pro qua peculiariter lata est; sed quod attinet septimum octavumque articulum respicit universas Ecclesias, quae ad leges tenentur in Bulla S. Pii V contentas in aliisque Pontificiis Constitutionibus, imo, quasi

addere velimus, in ipsa natura functionis liturgicae solemnioris, qualis est Missa solemnis vel cum cantu. Et profecto, ulla sine difficultate, Ecclesiae omnes grato accipiunt animo dispositionem articuli octavi, quae explicite permittit in Missis lectis aliam linguam in cantu fidelium, illique se conformant. Quare ergo renuent et articulo septimo se conformare, in quo idem prohibetur pro Missis solemnibus pro vel cum cantu, quod in illo permittitur pro Missis lectis?

His necessario positis, facile sequitur ad propositum primum Dubium responsio. Nam satis notum ponimus, Decreta particularia, quae ad omnes Ecclesias extenduntur, et communiter appellantur aequivalentia generalibus, illa esse quorum obiectum respicit aliquam legem generalem, puta circa Rubricas, circa Bullas Pontificias etc. Atqui Decretum *Bisarchien.* eiusmodi est, cum respiciat ea, quae canenda sunt in Missa, et id ad universam spectet Ecclesiam. Ergo, sicut Ordinatio pro Musica Sacra, quod attinet articulos septimum et octavum, ita etiam Decretum *Bisarchien.* ex eadem Ordinatione firmitatem accipiens, obligat universam Ecclesiam.

Resp. 2. Quod vero alterum pertinet Dubium, minoris illud gravitatis difficultatisque censemus. Etenim Ordinatio loquitur de solemnibus functionibus liturgicis; et, uti superius iam expositum fuit, etiam ex relatis Commentariis, Missa sive cum ministris sive sine ipsis, dummodo sit in cantu, semper solemnis est. Equidem auctores liturgici distinguunt inter Missam **solemnem** et **cantatam,** illamque appellant, quae cum Diacono et Subdiacono, istam, quae sine ministris canitur. Sed haec invecta est, et sapienter, distinctio aequivocationum vitandarum causa, et maioris perspicuitatis ergo. At, si Rubricis inhaereamus, Missa **privata** est illa tantum, quae legitur, **solemnis,** quae canitur; et haec esse potest, vel cum Diacono et Subdia-

cono : *quandoque* sine illis (*Rit. celebr. Tit. VI, n. 8*) : atque etiam Pontificalis. Insuper non datur in Liturgia functio aliqua cum cantu, quae non sit solemnis : ut cantus ipse solemnitatis rationem constituat, ut bene perpendenti patebit. Tertio, quamvis Missa cum ministris sacris sit solemnior quam illa sine iisdem ministris ; nihilominus S. R. C. declaravit pluries Missam cantatam sine ministris alteri cantatae cum ministris aequivalere. Consequenter, in casu, admitti non potest distinctio inter Missam solemnem et cantatam, sed altera alteri prorsus aequivalet. Denique cum lex Decreti in *Bisarchien.* explicite Ordinationem pro Musica Sacra intellexerit atque interpretata authentice fuerit pro Missa, tam **solemni** quam **cum cantu,** nemini datur amplius libertas diversimode illam interpretandi. Ergo distinctio inter Missam stricte solemnem, et Missam quamcumque cantatam, locum non habet in casu : adeo ut certum ex lege sit, in utraque Missa esse illicitum vulgaris linguae usum.

II. *E Florentia.* **De Missa parochiali convenienti cum officio Ecclesiae regularis.** Ecclesia Parochialis N. PP. Capulatis ex auctoritate Episcopali concredita est : qui ex obligatione tenentur Parocho de gremio Religionis dictam Ecclesiam providere. Quae tamen Ecclesia ad dioecesim pertinet, et ab habitatione PP. Capulatorum separata est, qui servitium praestant infirmis, aliudque habent pro se Oratorium tanquam proprium. Quaeritur : 1. Recte ne eiusmodi Ecclesia parochialis calendarium Ordinis sequitur ? 2. In casu affirmativo Parochus quando pro populo applicat, tenetur ne sequi idem calendarium Ordinis ? 3. Dedicationem dictae Ecclesiae debetne celebrare quando Omnium Ecclesiarum Ordinis Dedicatio recolitur ?

Resp. 1. Affirmative. Ecclesia enim Ordini concredita est, non personae privatae, illiusque proinde propria eva-

dit (1). Quando autem alicui Ordini Ecclesia, etsi parochialis, concreditur, omnia iura acquirit Ordinis propria. Atqui Ordo ius habet, imo et onus, sequendi suum calendarium ; ergo idem ius et onus eadem Ecclesia acquirit. Neque obstat, si dicta Ecclesia ad dioecèsim pertineat ; omnes enim Ecclesiae parochiales necessario pertinent ad aliquam dioecesim, et Episcopo Ordinario subiacent. At Ecclesiae Regularium Ordinario subiacent aliquo modo et sub quodam respectu, sed non in omnibus: eiusmodi autem est parochialis Ecclesia, de qua agitur, quae ab ipsomet Ordinario Regularibus est commissa. Indubie vero a calendario dioecesano eximitur, quia potest et tenetur servare proprium, consequenter nec debet nec potest servare calendarium dioecesis.

Resp. 2. Hinc facile sequitur affirmativa responsio ad alterum quaesitum. Praescriptum quippe est, secluso indulto, ut Missa parochialis sit conformis officio diei : At quali officio, nisi Ecclesiae ? Iam nunc Ecclesiae officium est officium Ordinis, esse enim debet iuxta Ordinis calendarium. Ergo si in aliis casibus Parochus tenetur Missam facere iuxta calendarium Ecclesiae, quod Ordinis est, a fortiori tenetur illud sequi, cum Missam pro populo applicat, seu in Missa parochiali, quae officio Ecclesiae debet respondere.

---

(1) Quando dicitur Ecclesia aliqua Regularium propria, non intelligitur necessario, eam aedificatam esse expensis propriis, vel peius, coëmptam illam fuisse ex aere proprio. *Peius* diximus, quia Ecclesiae non emuntur, sed donantur, uti notum est. Intelligitur proinde Ecclesia Regularium propria, quatenus eam tamquam propriam habent, in eaque, vi legitimae auctoritatis, relativas, quas possunt, Instituti functiones exercent, nec ipsi Ordinario, nisi cum multa limitatione, iuxta Tridentinum, subiacent.

Resp. 3. Certum est, unamquamque ex Regularium Ecclesiis consecratis tunc ab iisdem Regularibus esse celebrandam, cum eadem die omnium Ecclesiarum Ordinis Dedicatio recolitur. Atqui, uti superius diximus, Ecclesia, de qua agitur, ad Regularem Institutum pertinet, cui commissa est, et consecrata supponitur. Ergo illius Dedicationem tunc Parochus Regularis celebrabit, cum in suo calendario Omnium Ecclesiarum Ordinis Dedicationis festum notatur.

III. *Ex Hollandia.* **De Missa post acceptum nuntium obitus.** Decretum d. 30 Iun. 1896, de Missis defunctorum, statuit, unam esse Orationem dicendam in Missa, quae celebratur post acceptum nuntium de alicuius obitu. Quo sensu intelligitur ?

a) De quocumque ne defuncto, qui alicubi obiit, et cuius mortis nuntium habetur, etiamsi nulla sit relatio inter Celebrantem et defunctum ? An solum intelligendum de membris seu sodalibus eiusdem Societatis, seu Instituti vel Ordinis religiosi ?

b) Haec Missa debetne esse cantata ?

c) Quinam dies hanc Missam impediunt : v. gr. in Ecclesiis parochialibus die Dominica Missae annuntiantur pro tota hebdomade et applicantur enuntiatis personis vel finibus, ita ut locus non sit pro Missa inopinato superveniente, vel si est alia Missa, defunctorum consanguinei non patiuntur ut Missa semel annuntiata ab hac die transferatur, vel etiamsi plures adsint Sacerdotes difficulter tamen duae Missae eadem die cantari possunt ; numquid in his casibus Missa (post acceptum nuntium de alicuius obitu) transferri potest ad sequentem hebdomadem, ita ut non amittatur privilegium *unius* Orationis ?

Resp. a) Intelligendum de quocumque defuncto, qui alicubi obiit, et cuius nuntium mortis habetur. Quod autem addit adm. Rev. Consulens impossibile est ; namque

si inter defunctum et Sacerdotem nulla prorsus fuerit aut sit relatio, neque ipsam Missae celebrationem possibilem credimus. Adeo ut aliqua relatio necessario sit admittenda, puta consanguinitatis, affinitatis, amicitiae, commiserationis saltem etc. etc. Sed quod magis praestat, hoc est: disciplinam praesentem, quod hanc rem pertinet, non eamdem esse ac antiquam, sed mutatam. Omnia enim Decreta hac super re hucusque vulgata spectabant tantum notitiam mortis, quae a Religiosis Familiis accipiebatur de aliquo Confratre. Ita Decretum loquitur *Canonicor. Regularium Lateranensium* (n. 3110), quod e novissima Collectione deletum est. Et quidem notandum, id non fuisse ex iure, sed ex privilegio, uti abunde constat ex Decreto in *Todin.* (n. 5050 ad 13), et in alio *Ordinis Minor. S. Franc. de Observ.* ad 21 (n. 5183), quae pariter e novissima Collectione expungentur. Nunc autem impraesentiarum dictum privilegium extensum est, non solum ad omnes Religiosas Familias, sed etiam ad particulares personas. Id ex Decreto constabit, quod nondum est vulgatum, sed iam satis constat ex illo, quod in Dubio proposito citatur. In hoc enim generalissime edicitur, unam esse Orationem dicendam in Missa respondenti officio defunctorum, quod recitatur **post acceptum nuntium de alicuius obitu.** Ubi vides, nullam fieri limitationem ad Religiosas Familias, sed verba fieri de nuntio obitus cuiuscumque. Itaque certum est, accepta notitia de alicuius morte ab aliquo Sacerdote, vel etiam ab aliquo laico, qui ad Sacerdotem rem defert, Missam pro illo celebrari posse, quae unicam habebit Orationem, quia nempe officio duplici illa respondet.

Resp. b) Certo certius affirmative. Explicite declaratur in citato Decreto, ubi haec Missa ponitur inter alias lectas, quae, **permittente ritu,** dici possunt, uti sunt de die vel pro die obitus, de diebus III, VII, XXX et anniversaria. Imo clarius edicitur, unam dicendam Orationem *quan-*

documque **solemniter** *celebratur, nempe sub ritu qui duplici respondeat, uti in officio quod recitatur* **post acceptum nuntium de alicuius obitu.** Ergo dicta Missa non potest esse lecta, sed cantata, nisi et lectam permittat ritus occurrens.

Resp. c) Haec Missa ex indulto est, et privilegiata ad instar aliorum dierum, nempe III, VII, XXX et anniversariae. Hinc censemus, hanc Missam iisdem subiacere impedimentis, quibus Missae praefatorum dierum subiacent : de his autem impedimentis pluries dictum est. Hic nanciscimur occasionem notandi, minus videri fortasse congruum hanc Missam magis esse privilegiatam, quam alias de quibus supra, ut consequenter etiam in festis de praecepto dicenda sit prohibita, quemadmodum et illae. Equidem diversa super hoc fuit nostra sentiendi ratio, certo documento adhuc inedito innixi ; sed, re penitius considerata, ancipites nunc haeremus, dubitantes, ne ulterius quam res postulet, progressi simus. Quidquid sit, novae Collectionis continuatio omnem adimet rationem dubitandi : interim expectandum.

Quod vero spectat ius translationis huiusce Missae, nobis non constat, eam hoc iure gaudere : ut, si prima die libera post acceptum nuntium de alicuius obitu celebrari queat, licita, secus illicita sit. Quinimo id declaratum quoque fuit in una *Ord. Min. S. Francisci*, n. 4393, ad 2 ; quaerebatur enim : « An Missa de requiem, quae cantatur cum primum accipitur nuntium de obitu Religiosi in loco dissito, differri possit ad triduum ? » Sed responsum fuit : « In prima die non impedita ». Quod, si in nova Collectione servatum erit, negotium plane definitum manebit ; sed de hoc certiores facere lectores nostros nequimus, dum interea ipsum vim suam possidere tenendum est.

IV. *E pluribus regionibus.* **De extensione privilegii unius Orationis in Missis defunctorum.** Privilegium unius

Orationis, seu in die obitus, seu diebus III, VII, XXX et anniversaria, nunquid intelligitur de sola Ecclesia, in qua habentur vel habitae sunt exequiae, an etiam in aliis quibuscumque ?

Resp. Nisi aliter, et quidem authentice, exponatur generale Decretum 30 Iun. 1896, certum impraesenti est, nullum, quoad locum, statutum esse limitem circa unicam Orationem in huiusmodi Missis privilegiatis dicendam. Abunde patet ex verbis Decreti, generalissime declarantis, *unam tantum esse dicendam Orationem in . . . Missis cantatis, vel lectis permittente ritu, diebus III, VII, XXX et anniversaria* etc. Lex ergo non distinguens, distinguendi nobis adimit facultatem. Adde, in Missis eiusmodi lectis, unam dicendam non plures Orationes iam antea auctores docebant Rubricis innixi. Audi De Herdt: « Dicitur una tantum Oratio.... in die depositionis, in die tertio, septimo, trigesimo et anniversario pro defunctis (1). Idque locum habet in omnibus Missis de *requiem*, sive **cantentur** sive.... **legantur** . . . Rubricae enim non distinguunt quoad hos dies inter Missam solemnem et privatam (*pars I. n. 65, 1*): » dummodo privatae ritu permittantur, ut auctor superius monuerat. Porro, si Missae privatae in casu permittebantur, etiam per recentiora Decreta, fatendum est, in quibuscumque etiam Ecclesiis eas fuisse permissas. Ratio enim allata de lege non distinguente, non solum Missae afficit qualitatem, sed etiam celebrationis locum : ut si Missa esse possit etiam lecta, ritu non contradicente, in quacumque pariter Ecclesia celebrari queat. Ecquis autem dicat, aetate praesenti, quae tantopere disciplinam relaxavit in iuvamen animarum in poenali carcere detentarum, legem magis evasisse coarctatam quam antea? Quod ergo iam licuit, licet a potiori impraesenti : ut quicumque Sa-

(1) Rub. gen. tit. V. n. 3.

cerdos, quacumque in Ecclesia, permittente ritu. Missam aliquam lectam ex praefatis agens, unicam teneatur Orationem dicere, non plures. Ratio exequiarum, seu solemnioris vel cantatae Missae, valet tantum pro Missis pluribus lectis de requie in die vel pro die obitus, occurrente ritu duplici; sed in casu nostro nullam vim possidet, quia ritus occurrens non prohibet, ut supponitur defunctorum Missas.

BREVIORA RESPONSA

I. *Pro oppido F. in Hibernia.* Semel atque iterum *Ephemerides* de benedictione mulieri impertienda post partum locutae sunt (Vid. *Vol. V, pag. 620 et seqq.; Vol. VI, pag. 40; Vol. VII, pag. 542 et seqq. alibique*); eapropter ne eadem semper dicamus Rev. Consul. ad loca citata remittimus pauca heic adnótantes. Benedictio post partum, iuxta Rituale Romanum, illis tantummodó mulieribus deneganda est, quae vel per fornicationem vel per adulterium pepererunt. Lex ergo alias mulieres ab hac benedictione non excludit, et cum lex eas non excludat neque a nobis excludendae sunt. Ideoque mulier quae, ut in casu, praecepto paschali non fecit satis, benedicenda est; lex enim non prohibet quominus isti mulieri benedicatur. Haec pro praxi generali. Quod si, in casu particulari, ex huius benedictionis denegatione spes affulgeret fore ut mulier ad bonam frugem redeat, tunc denegari posset, quoadusque non promittat se quam citius praecepto Ecclesiae satisfacere; uti prudens Confessor denegare potest

aliquando absolutionem poenitenti, quamvis solummodo venialia peccata confiteatur. Absolute tamen benedictio haec mulieri acatholicae deneganda est, etiamsi spes daretur, quod facilius haeresim relinqueret et ad Ecclesiam rediret, cum urgeat praeceptum illud divinum: *Nolite sanctum dare canibus* (Matth. VII, 6). Vide ea quae hac de re diximus in *Ephemeridibus*, Vol. VI, pag. 40, ubi quaestionem fuse pertractam invenies.

II. *Pro Hungaria*. Iuxta Rubricas recentius reformatas festum VII Dolorum B. M. V. si fieri non potest feria sexta post Dominicam Passionis ob occursum alterius festi altioris vel aequalis ritus, sed primarii, in Sabbatum immediate sequens transferendum est. Si vero neque in Sabbato transferri possit, uti anno venturo in aliquibus Calendariis eveniet, tunc penitus omittendum est. Nihilominus in dicta feria VI post Dominicam Passionis celebrari potest Missa votiva de festo VII Dolorum B. M. V., attento magno populi concursu, cum festum occurrens (S. Gabrielis Arch.) talis sit ritus, ut illam non excludat.

III. *Pro Hibernia*. Patronus datur et *per se* debetur locis seu regno, provinciae, civitati etc. Ordini autem, Congregationi religiosae et monasterio *per se* non debetur, sed tantum ex congruentia et privilegio; ita ut si Ordo, provincia religiosa . . . . . aliquem Sanctum in patronum assumant, *sine speciali indulto* de eo officium celebrari nequeant, vel non altiori ritu quam in Calendario notatur (De Herdt, *Prax. Liturg. Tom. III, n. 119*). Ex iis deduces, in casu, nullo gaudere iure liturgico *Omnes Sanctos*, in quantum Collegium sub eorum protectione positum fuit, quia ad eos non pertinet *Patronatus*, sed tantum protectio quaedam: et ex hoc capite in Oratione *A cunctis* nullo modo nominandi sunt. Cum tamen Ecclesia publica praedicti Collegii sub invocatione *Omnium Sanctorum* consecrata sit, ex hoc capite illis omnia iura

liturgica competunt ; ideoque in Oratione *A cunctis* nominandi essent : quod nihilominus specialiter faciendum non est, cum de illis mentio fiat iis verbis : « et omnibus Sanctis ». In Missis vero, quae in Capellis privatis Collegii celebrantur, etiam nominandi essent, cum istae unum efficiant cum Oratorio publico. Religiosi vero qui Collegio praesunt, sive celebrent in Ecclesia propria sive in privatis Oratoriis, nomen proprii Fundatoris in dicta Oratione *A cunctis* exprimere possunt, quamvis non teneantur.

IV. *Pro Bamberga*. Verba, quae in *Ephemeridibus* (Vol. XI, pag. 123) leguntur minime contradicunt iis, quae pariter ibidem leguntur (pag. 623) ; sed tantum enumeratio, quae secundo loco ponitur, aliquantulum imperfecta est, uti legenti facile apparet. Nullo modo vero intelligimus quomodo verba, quae pag. 123 leguntur contradicant Decretis S. R. C., Rituali Romano etc. *Ephemerides* enim docent : « Missam solemnem aut cantatam diebus III, VII, XXX et anniversaria ab obitu vel depositione impediunt : . . . . . 8, pro Ecclesiis parochialibus *unam tantum habentibus Missam :* omnes etiam festi suppressi, quibus Parochus debet applicare pro populo ». Rituale Romanum vero haec habet : « Si quis die festo sit sepeliendus, Missa propria pro defunctis praesente corpore celebrari poterit : dum tamen *conventualis Missa . . . non impediatur (Tit. VI, Cap. I, n. 5).* » Supponimus, uti revera est, Missam parochialem, in casu, aequivalere Missae conventuali ; ex quo concludimus : si una tantum Missa parochialis habeatur, istaque pro defuncto applicetur, etiam in diebus festivis suppressis, Missa conventualis impeditur ; ergo. Quod vero Missa pro defunctis prohibita sit in Ecclesiis parochialibus unam tantum Missam habentibus, etiam in diebus festivis suppressis, ex multis S. R. C. Decretis eruitur, cum etiam istis diebus pro populo ap-

plicandum sit (Cf. Decretum *in Mechlinien.* d. d. 25 Septem. ad 2).

V. *Pro Legione in Hispania.* Iuxta Rubricas, dies octava occurrens cum duplici I et II classis his praevalere non debet, sed cedere debet officium suum. Sed, (ut iam notavimus *pag. 162*), si spiritus potiusquam litera Rubricarum perpendatur, Rubricae loqui videntur de occurrentia accidentali, non vero de occurrentia perpetua. Nam cum dies octava relationem intimam dicat suo principio, nempe diei festo, cuius est perfectio, si perpetuo impediatur, numquam suum complementum haberet, diesque festus sua perfectione careret. Quod a sapientia Rubricarum absonum nobis videtur. Arroges non deesse Decreta, quae praedicant dies octavos non esse redigendos ad ritum simplicem, si perpetuo occurrant cum dup. II classis. Vide inter alia Decretum in *Calagurritana et Calceaten.* d. d. 13 Feb. 1892 ad XIX, in quo generaliter edicitur duplex II classis non esse diei suae restituendum, si haec perpetuo impedita sit a die octava. Quod vero Decreta statuunt pro duplicibus II classis, ad duplicia quoque I classis extendi potest, cum etiam pro istis eadem ratio militet. Eapropter die 12 Octobris de octava Patroni agendum est, aliam in diem translato festo B. M. V. de Columna ; die vero 19, cum libera facta sit, de S. Petro de Alcantara. Haec tamen salvo meliori iudicio, cum quaestio multas secum ferat difficultates.

VI. *Pro Verona.* Occurrentibus perpetuo duobus festis, quorum unum duplex II classis alterum vero duplex, de primo agendum est, aliud transferendum in diem primam liberam. In ultima enim Rubricarum emendatione legitur : « Si omnia fuerint duplicia . . . fiat de digniori seu solemniori, videlicet, de Festo potioris ritus prae alio ritus inferioris ». Ideoque in veritate stetit Calendarii Redactor, quandó Dominicae IV Octobris affixit Dedicationem Eccle-

siae Cathedralis, assignata die 29 eiusdem mensis, quae est prima libera, pro festo Ss. Reliquiarum.

VII. *Pro Gallia.* Anno praeced. (*pag. 663*) docuimus in funeribus etsi solemnioribus, quae ad altare in quo reconditur SS. Sacramentum celebrantur, pannos nigros, excepto conopeo, pro ipsius altaris ornatu adhibere non esse vetitum, quia decretum id prohibens per aliud recentius revocatum censendum diximus. Id quidem verum est: sed cum praedictum decretum nondum in lucem prodierit, securius decreto antiquiori stari potest, donec novum appareat.

VIII. *Pro cod. loco.* Iuxta Rubricas, planetae plicatae adhibendae sunt, diebus ibidem enumeratis, *in Cathedralibus et praecipuis Ecclesiis*, « quales sunt, ait De Herdt, collegiatae, abbatiales, seu insigniores regularium Ecclesiae et etiam parochiales (*Prax. Liturg.* Vol. I, n. 159) ». In minoribus vero Ecclesiis non sunt necessariae, sed possunt adhiberi, et Decretum quod illas prohibebat (*Angelopolitana* 13 Iunii 1671, ad 3) e nova Collectione expunctum fuit. Ideoque in iis Ecclesiis Diaconus et Subdiaconus ministrare possunt vel in albis, vel cum planetis plicatis, uti magis libet.

IX. *Pro variis locis: super sacris Caeremoniis.* 1. Hymnus *Te Deum* in Ecclesia a clero stante cantari debet. Quando vero cantantur versiculi in fine positi omnes genuflectunt, etiam Sacerdos celebrans, qui tamen ad *Oremus* surgit. Haec est praxis Romana.

2. Hymni semper recitari vel cantari debent a clero stante, exceptis excipiendis, uti prima strophe in hymno *Ave, maris stella; Tantum ergo* etc. in *Pange, lingua; O Crux, ave, spes unica* in *Vexilla Regis*, etc; quae omnes, quando fit processio, vel prius, uti *Ave maris stella*, vel post processionem, uti, *Tantum ergo*, cantandae sunt, ut clerus genuflectere possit. Item versiculus in fine hymnorum a

clero stante canendus vel recitandus est in officio, in aliis casibus, genuflexo.

3. Verba *Benedicamus Patrem et Filium* etc. in Cantico trium Puerorum locum tenent versus *Gloria Patri;* ideoque caput inclinandum est, et, si coopertum fuerit, detegendum est.

4. Priusquam incensetur Reliquia SS. Crucis, thus in thuribulo benedicendum est.

Nota 1. Rituale Romanum (Tit. IV. cap. 4. n. 22) post communionem infirmi mandat ut publicentur indulgentiae: intellige indulgentias pro concomitantibus SS. Sacramentum, sive pro Viatico sive devotionis causa deferatur.

Nota 2. Praecedenti fasciculo (pag. 222) diximus in festo *Praesentationis B. M. V.*, quando transfertur in Adventu, dicendam esse Missam « Rorate coeli ». At, ne et in Officio alia facienda sit immutatio, evangelium cum homilia alibi quaerendo, eo quod Missae « Rorate coeli » evangelium: *Missus est Angelus Gabriel*, non amplius concordaret cum evangelio Officii, in quo legitur *Loquente Iesu ad turbas*, re maturius perpensa, sententiam mutare malumus. Omnes ceterum norunt, evangelium Missae concordare debere cum evangelio Officii. Si ergo praedictum festum in Adventu transferendum sit, legatur Missa « Salve Sancta parens », uti habetur in Communi a Pentecoste ad Adventum, excepto postremo versiculo Gradualis, qui sumendus est ex Missa votiva pro Adventu. In Officio vero antiphona tertia tertii Nocturni erit *Angelus Domini.* Id etiam eruitur ex Decreto *in Hispalen.* d. d. 25 Augusti 1818 ad 6.

DE OCTAVIS

nondum absolutis superveniente die 17 Decembris.

(Rubricae Tit. VII. n. 1.)

EXPOSITIO

Communis iam fuerat auctorum sententia, non solum cessare Octavas die 17 Decembris superveniente, usque ad festum Epiphaniae, sed festa localia a die 31 Decembris ad 5 usque mensis Ianuarii occurrentia (1), quamvis patronalia, non gaudere Octava, eaque proinde incipi, continuari et absolvi sine Octava, secluso, inquam, privilegio. Sed aliquibus abhinc annis, in *Ephemeridibus* nostris hac quaestione proposita, in contrarium pluries resoluta est, maxime autem postquam sententia omnimodam visa est vim accepisse per Decretum *Quebecen.* 13 Dec. 1895 ad I. (*V. Ephem. Liturg. an. 1896, pag. 66*). En Dubium primum praefati Decreti: « I. An Titularis festum alicuius Ecclesiae, a die 31 Decembris ad quintam Ianuarii occurrens habeat Octavam? » Responsum est autem: « Ad I. Affirmative, iuxta Rubricas ».

Iam nunc in novissima Collectione legimus, inter alia, servatum Dubium unicum Decreti in *Wilnen.*, in quo se-

(1) Dicitur: *a die 31 Dec. ad 5 Ianuarii*; quia aliis diebus diem 31 Dec. praecedentibus Octavae sunt ex Rubrica manifeste prohibitae. Sed a die 31 Dec. ad 5 Ian., licet prohibitae, aliquem aut aliquos dies habere possunt subsequentes, qui incidunt in tempus non prohibens Octavas. Ita festum occurrens die 31 Dec. habet extra tempus vetitum diem Octavam: festum occurrens die 2 Ianuarii habet extra idem vetitum tempus tres ultimos dies etc.

quens habetur doctrina : « Si Octava inchoata sit ante festum Corporis Christi (*privilegiatum in casu ad instar Epiphaniae*), eo adveniente, Octava est deserenda (*22 Apr. 1741*). » Ergo, consequens omnino certum est, adveniente festo Epiphaniae, quaecumque Octava incepta deserenda est ; applicari enim posset illud philosophi: « propter quod unumquodque tale, et illud magis ». Si igitur Octava incoepta ex lege Decreti est deserenda, quid dicendum de festo, ius quidem ad Octavam *per se* habente, quae tamen neque commemorationem ante diem 6 Ian. ob tempus vetitum habere potuit ? Etenim quid est Octava, quae commemorari numquam potest ? Aut nihil, uti patet, aut inane sine sensu verbum, quod idem sonat. Quid ergo ?

Hinc plures e Consociatis Ephemeridum enixe a nobis quaestionis huiusce tractationem iterum petierunt: quorum votis necessarium facere satis iudicamus. Eapropter duas, quas evolvemus, sequentes animadversiones lectoribus nostris exhibemus. Prima animadversio Decreta respicit, secunda Rubricae in se inspectae intelligentiam.

a) Decreta, quae explicite definiant, Octavam festi, tempore vetito incoepti, continuari posse vel debere, si cessante tempore vetito nondum octo dies a festo fuerint absoluti, non novimus. Quod generice declaratum nescimus, intelligas etiam specifice circa octavam festi paulo ante Epiphaniam incoepti. Equidem dici potest, non fuisse id necessarium definire ; quia ex lege Rubricae, **omittitur officium cuiuscumque Octavae . . . quando supervenit . . . dies XVII Decembris** (*Tit. VII, n. 1*). Sed cum super Rubricae huius intelligentia versetur quaestio, de hoc in altera animadversione tractabimus.

Quod nihilominus directe non est definitum in Decretis, indirecte fortasse definitum dici potest. Decretum namque ab initio citatum quaerebat : « Cum Octava Corporis Christi in nostro Ordine sit privilegiata . . . ita,

ut de nullo festo infra eamdem . . . fieri possit, nisi fuerit duplex primae classis, in quo aequiparatur . . . Octavae Epiphaniae . . . : An Octavae inchoatae ante festum Corporis Christi, adveniente eodem festo, debeant cessare, sicut aliae octavae cessant a die 17 Dec., usque ad Epiphaniam . . .? » Ubi videre est, iam in quaesito supponi eo ipso cessare seu terminum suum habere Octavam, quo dies 17 Dec. supervenit, et cessationem perdurare ad festum usque Epiphaniae. Hinc petitur in summa, an idem dicendum sit de Octavis incoeptis ante festum Corporis Christi : hoc est, utrum hae quoque Octavae eo ipso pariter finem habeant, quo supervenit festum Corporis Christi. Porro si S. R. Tribunal definit, adveniente festo Corporis Christi Octavas quascumque iam incoeptas habere finem, eo ipso definit, adveniente die 17 Decembris, Octavas quoque incoeptas omnino cessare. Atqui audi iterum responsionem Sacri Tribunalis : « Si Octava inchoata sit ante festum Corporis Christi, eo adveniente, Octava est deserenda ». Ergo, adveniente die 17 Decembris, Octava quoque cuiuscumque festi, erit deserenda.

Alterum quoque Decretum accedit, nempe in *Pampilonen.* idem prorsus ac supra relatum definiens, cum eumdem omnino respiciat casum, Octavam videlicet Corporis Christi privilegiatam sicut Octavam Epiphaniae. Quid autem respondet ? En textualia verba : « Serventur Rubricae et Decreta, seu abrumpendas esse Octavas . . . quando festum SS. Corporis Christi privilegio gaudet ad instar Epiphaniae (*11 Sept. 1847*). Ergo, ut supra, adveniente die 17 Decembris, si aliqua Octava incoepta fuerit, ab ea cessandum est, et quidem iuxta Rubricas et Decreta.

Iam nunc cessatio ista, prohibitio, vetitum usquequo perdurat ? Usque ad Epiphaniam, aiunt Rubricae. Ergo ad minus certum exploratumque manet, vi Rubricae et Decretorum, a die 17 Dec. usque ad festum Epiphaniae Octa-

vae cuiuscumque continuationem esse vetitam. Verum, si est vetita continuatio Octavae, permissum ne esse poterit eiusdem Octavae principium ? Responsio videtur esse debere negativa ; quia Decreta Rubricis inhaerentia, cum prohibent continuationem alicuius Octavae, manifesto respectum habent ad festa, seu de tempore seu de Sanctis, a die 17 Dec. ad Epiphaniam occurrentia. Sit ergo continuatio Octavae, sit eius finis, sit eius initium, semper Octava est, quae tunc temporis interdicitur. Nonne ergo concludendum, festa omnia, quae in locis occurrere solemniora possunt infra praefatos dies a 17 Dec. ad 5 Ian. non gaudere Octava ?

Sed contra hanc conclusionem stat Decretum in *Quebecen.* supra relatum, quo edicitur, festa Titularium a die 31 Dec. ad 5 Ian. occurrentia habere ius ad Octavam seu **habere Octavam,** et quidem **iuxta Rubricas.** Num ergo inter dies a 17 ad 30 Dec., et a 31 Dec. a 5 Ian., intercedere poterit aliquid discriminis ? Id non inficiamur, quia Octavae ante diem 17 Dec. vel ante diem 5 mensis Ian. incoeptae, sunt prorsus inutiles, cum neque continuationem, neque terminum habere valeant. At quae incipiunt a die 31 Dec. ad 5 Ian., aliquid vel termini vel etiam continuationis habere possent : hoc indubie admittendum est. Verumtamen de hac distinctione Decreta silent, nec Rubricae verba faciunt : quae potius Octavas in genere tunc temporis prohibent, ut distinctioni non videatur esse locus. Quid ergo ? Ancipites haerentes, pergimus ad alteram animadversionem super intelligentia Rubricae.

b) Rubrica, de qua nobis est agendum, sic sonat: « Si aliquod festum, quod celebrari solet cum Octava, paulo ante Quadragesimam venerit, et iam per aliquot dies factum sit officium de eius Octava, adveniente Quadragesima, nihil amplius fit de ea, nec commemoratio. Et idem servetur de Octavis nondum absolutis, quando supervenit

festum Pentecostes, et dies XVII Decembris (*Tit. VII, n. I*). » Idem repetitur in *Notandis* post Tabellam Occurrentiae (*n. 6*) : « De . . . Octavis, quae non sunt in Calendario, nihil fit a feria IV Cinerum usque ad Dominicam in Albis, et a Vigilia Pentecostes usque ad festum SS. Trinitatis inclusive, et a die XVII Decembris usque ad Epiphaniam. »

Super relata lege animadvertendum est ante omnia, tempus Octavas prohibens esse triplex : a die Cinerum ad Dominicam in Albis : a Vigilia Pentecostes ad Trinitatem : a die 17 Dec. ad Epiphaniam. Hoc significat, prima duo tempora pertinere ad festa mobilia, tertium vero ad tempus fixum. Praeterea, quod magis interest, quod prima duo tempora spectat rem esse planam ; quia infra illa potest quidem aliqua Octava festi incoepti abrumpi, si videlicet paulo ante Cineres aut Vigiliam Pentecostes venerit, sed nunquam iam incoepta continuari. Ratio est, uti patet, quia dictis temporibus, de nullo festo fieri unquam potest ita, ut aliquis dies postea, tempore vetito absoluto, supersit de Octava. Sed non ita res procedit, quod tertium tempus spectat ; nam duplicia I classis haud in omnibus et singulis diebus dicti temporis sunt prohibita, et consequenter aliquod festum infra illud celebrari potest, quod *per se* ius habeat ad Octavam, cuius, expleto tempore vetito, aliqui dies supersint. Hinc quaestio, quae in praesenti agitatur, non de festo paulo ante Cineres occurrente, paulo ante Vigiliam Pentecostes, vel paulo ante diem 12 Decembris, quia si gaudeat Octava, haec certe cessare debet; imo, neque de festo, quod aut paulo ante Dominicam in Albis, aut paulo ante Trinitatem initium habuit, quia impossibile est ; sed de festo cum Octava, quod a die 31 Decembris ad diem 5 Ianuarii occurrit. Qui casus ultimus, et possibilis est, uti patet, et diversus est ab aliis casibus mox recensitis.

En itaque nodus controversiae : Rubrica superius relata eo ne sensu accipienda, ut quemadmodum prohibet cuiuscumque continuationem Octavae, ante tria praefata tempora inceptae, et sicut astruit impossibilitatem cuiuscumque festi paulo ante Dominicam in Albis et Trinitatem, ita quoque prohibeat continuationem Octavae alicuius festi, a die 31 Dec. ad 5 Ianuarii occurrentis ?

Negotium perpendamus. Rubrica explicite dicit, nihil faciendum de Octavis incoeptis ante tria praefata tempora : ergo dictae Octavae in casu abrumpendae sunt, seu deserendae : *nihil amplius fit.* Sed hic non est casus, de quo agimus. Rubrica in *Notandis* compendifacta eodem profecto sensu intelligenda est ; quia non est alia a Rubrica Generali, sed eadem per summa capita, ut ita dicam, enunciata. Ergo etiam sextum *Notandum* loquitur de Octavis, quae ante eadem tria tempora incoeperunt. Cumque prohibeat Rubrica prosecutionem Octavae cuiuscumque incoeptae, necessario ne ex hoc sequitur, ut etiam Octavae initium interdicat ? Dari quidem potest affirmativa responsio, sed haec omnino certa non foret ; quia prosequi Octavam non est idem ac eamdem incipere. Etenim Octava, quae continuatur, esset in casu prorsus inutilis, cum de ea nihil fieri debeat ; sed quae incipit in casu, non est eiusmodi, cum continuari vel saltem expleri possit. Quod ergo Rubrica edicit de Octavis incoeptis, omni cum certitate applicari non potest ad Octavas, quae incipiunt. Praeterea, Octava vi Rubricarum incipienda est, etsi expleri ex impedimento nequeat ; quare ergo continuari et absolvi non poterit quae incipi non potuit? Nam incoepit festum, ut supponitur, ius per se habens ad Octavam : quod si non potuit ab initio commemorari, id accidit ex impedimento ; ergo bene poterit eius commemoratio fieri, impedimento sublato ; quare ergo dicta com. prohibita dicenda erit ? Insuper *quando festum transfer-*

tur, per accidens saltem, *non ideo dies Octava transfertur*, ait Rubrica, *sed ipsa die de ea fiat commemoratio, quae alias erat Octava, si festum non fuisset translatum.* Ergo Octava sequitur festum, non officium ; sed festum ius habet, ut supponitur, ad Octavam, ac proinde commemoranda semper est, nisi obstet impedimentum temporis vetiti. Atqui hoc impedimentum cessavit ex hypothesi, ergo resumenda est com. Octavae. Ita ergo Rubrica intelligenda videtur, ut nihil amplius fiat de Octava ante diem 17 Dec. incepta, sed bene fieri possit de Octava, quae cum festo incepit paulo ante Epiphaniam.

At oppones ulterius : Per relata verba Rubrica intellexit dictis tribus temporibus Octavas quascumque prohibere sive incoeptas sive incipientes ; ergo argumenta allata nihil probant. Reponimus hunc esse Rubricae sensum non certe constare, et verba Rubricalia sensum etiam oppositum habere posse ; quia praefata Rubrica loquitur tantum de Octavis inceptis ante diem 17 Decembris, uti prorsus inutilibus, non de aliis paulo ante Epiphaniam occurrentibus, quae utiles, ut vidimus comprobantur.

Sed instabis : Rubricae supercitatae omnes eodem modo intelligendae sunt, cum dicant : « Idem servetur de Octavis nondum absolutis, quando supervenit . . . dies 17 Dec. » Atqui prima duo tempora complectuntur diem *a quo*, et diem usque *ad quem* Octavae cessare debent. Ergo id quoque servandum de tertio tempore. Sed primum tempus est a feria IV Cinerum ad Dominicam in Albis, alterum a Vigilia Pentecostes ad festum Trinitatis ; ergo tertium esse debet a die 17 Dec. usque ad festum Epiphaniae : consequenter infra hos trium temporum dies Octavae dicendae sunt ex Rubricis prohibitae. Quod ceterum explicite declarat sextum *Notandum* : « De aliis Octavis, quae non sunt in Calendario, nihil fit . . . a die 17 Dec. usque ad Epiphaniam », hoc est, usque ad festum Epi-

phaniae, ut communiter explicatur ab auctoribus et Decretis.

Gravis obiectio, cui directe respondere nescimus. Indirecte vero reponimus. 1. Si ita res se haberet, non intelligitur, qua de causa cl. De Herdt de hac quaestione agens incerto modo se exprimat ; dicit enim : « Si festum celebretur tempore, quo Octavae prohibentur, sine octava celebrandum est ; et quamvis tempore prohibito transacto, v. g. post diem Epiphaniae, ubi S. Silvester est Patronus, aliqui dies supersint, in quibus Octavae permittuntur ; nihil tamen in illis amplius de Octava **fieri posse videtur,** quia Rubricae hoc Tit. VII, n. 1. generaliter **videntur** denegare Octavas illis festis, quae tempore prohibito celebrantur (*pars 4, n. 242, 2*) ». 2. Intelligi nequiret, quare post festum Epiphaniae non posset commemorari Octava incoepta ante illud, dum admittitur Octavam post illud incoeptam esse commemorandam: cum cetero Octava Epiphaniae maioribus fruatur privilegiis, quam aliae Octavae, quae ante illam celebrantur. 3. Si ex Decretis *Wilnen.* et *Pampilonen.* inferri potest illatio de Octava deserenda, cuius festum actum est paulo ante Epiphaniam, Decretum *Quebecen.* quod est recentius, contrariam sententiam diserte docet ex Rubricis tenendam, videlicet : **Titularis festum a die 31 Dec. a 5 Ian. occurrens habet Octavam.**

His duabus animadversionibus absolutis, data ad nos fuerunt duo alia Decreta, ambo *in Mexicana*, quae ab initio huiusce numeri legere est, et ex quibus sententia denegans Octavas festis omnibus tempore vetito occurrentibus maiorem adhuc vim sumit. Quidquid sit, pro nunc, post hucusque discussa, hoc unum nobis videtur certum, negotium in incerto adhuc manere ut S. R. Tribunal fas sit expectare, quod se explicet, et controversiam pro sua sapientia dirimat.

QUAESTIO SOLVENDA

PRO MENSE IULIO.

Duplex, vel Semiduplex perpetuo impeditum, et cui non est locus in Calendario, commemorari ne debet in primis Vesperis, ad Laudes et in secundis Vesperis, an tantum in primis et in Laudibus? Quid ex Rubricis, ex Decretis, ex auctoribus, et ex ratione liturgica?

Nota. Ob spatii defectum consuetam Solutionem quaestionis ad sequentem numerum remittimus.

QUAESITUM MORALE-LITURGICUM

Quousque se extendat potestas Diaconi circa Eucharistiam.

(contin. vid. num. praec. pag. 254)

7. Inquiri ulterius potest, utrum iusta causa requiratur ad Diaconum delegandum pro Eucharistia ministranda. Et reponimus cum communi sententia, affirmative. Etenim, uti patet, administratio huiusce Sacramenti per Diaconum est aliquid extra ordinem: quod consequenter ut fiat, aliqua exigitur causa iusta, secus ut ordinarius, non extraordinarius minister haberetur Diaconus. Hinc cl. Marc apprime notat: « Diaconus, vi suae Ordinationis, est minister Eucharistiae extraordinarius, ita ut ei committi possit, **ex iusta causa**, huius Sacramenti dispensatio (*P. III, Tr. IV, Disp. I, cap. II, art. I, n. 1535*). » Additque id constare: 1.° ex praxi priorum saeculorum, 2.° ex variis Conciliis, Nicaeno I, Carthaginensi IV, etc.

Haec autem iusta causa, aliqua necessitas esse debet: Quae tamen non oportet ut sit extrema, puta pro viatico

ministrando alicui morituro; sed sufficit ut sit gravis, cum in extrema administrare Eucharistiam Diaconus possit etiam sine ulla commissione ex Doctorum consensu, modo Sacerdos desit.

8. Si autem quaeras, an delegatio explicita et formalis esse debeat, an possit esse etiam praesumpta, respondemus cum Ligorio: « Licite ministrat Eucharistiam qui praesumit rationabiliter, pastorem factum suum approbaturum esse (*Lib. VI, Tract. III, cap. II, art. I, n. 2*). » Aperte quoque id Lugo docet (*n. 19*), dicens, non requiri in hac re facultatem, quae a legitimo pastore fiat, expressam et formalem, sed satis esse praesumptam, cum non de valore actus agatur, sed de sola liceitate (*V. Ballerinium loc. cit. n. 84*). Eiusmodi autem facultatem, ex consuetudine praesumi Doctores conveniunt quando communio ex obligatione petitur: si autem ex devotione, ex adiunctis decerni debet, ait Ballerinius (*loc. cit. n. 87*).

9. Quid vero censendum, si Diaconus non solum se gereret ut Eucharistiae esto extraordinarium ministrum, sed ut fidelis, cui Eucharistiam administraret? Aliis verbis: potest ne Diaconus seipsum communicare? Certe distinctione opus est: aut de casu agitur necessitatis, saltem gravis, aut non: in primo casu admittitur, non vero in altero. Ratio cur admittatur in primo est, quia nulla est id lege prohibitum, immo ipse Concina, notat S. Alphonsus (*Loc. sup. cit. n. 238*), id permittit, quia id ei conceditur ex Concilio Nicaeno (*Can. 14*). Advertit tamen vigentem disciplinam esse spectandam. S. C. de Prop. Fide, exquisita fuit: « An permitti possit in hoc persecutionis tempore, ut fidei confessores ad mortem propter fidem damnati, et quibus in carcere defertur SS. Eucharistiae Sacramentum occulte, possint illud accipere suis manibus et sese occulte communicare, ne Sacerdos illos more ordinario communicans cognoscatur et prehendatur? »

Respondit autem : « Affirmative, dummodo nulli irreverentiae aut alii periculo tantum Sacramentum exponatur (*10 Aug. 1841*) ». Si autem laico permittitur, quanto magis Diacono ?

Oppones quidem, in allato casu agi de necessitate extrema ; sed reponi potest extremam dici vix posse, cum sumptio Eucharistiae in extremis de necessitate non sit. Urgere poteris, agi saltem de praecepto divino adimplendo. Esto, reponimus ; et in casu nostro agitur de magno consequendo bono, quod aliter obtineri nequit, ut supponitur. Profecto ipse Habert (*T. 5. p. 511. q. 2*), qui docet Diaconum posse Eucharistiam ministrare fidelibus tantum in necessitate extrema, docet : « Probabile est, etiam extra mortis periculum, ex gravi causa, licere Sacerdoti, praeciso, scandalo, sacram hostiam sumere e sacrario, vel a Diacono allatam sibi ipsi dare, v. gr. si in longo morbo diu non communicasset, ut contra Suarez et Concina docet Fag., p. 3. l. 3. c. 2. Praep. Escob. etc. t. 7. E. 6. l. c.' (Immo Croix. n. 489 cum Suarez, Bon. Lug. etc. Ronc. c. 4. q. 4. Salmat. c. 9. n. 18. cum Sylvio etc. dicunt, sola devotionis causa, Sacerdotem semper posse seipsum communicare ; quia praeciso scandalo nulla est irreverentia, nec ullibi est vetitum, nisi adsit alius Sacerdos : et id non improbabile putat Concina, p. 307, n. 12. Ibique addit cum Vasquez, Dic. et Leand. hoc permitti etiam Diacono (*V. S. Alphonsum, Lib. VI. Tract. III, cap. II, art. I, n. 238*). » Idem probat antiqua, licet iamdudum mutata disciplina, ex qua laici viri ulla sine necessitate corpus Domini deferebant domum, propriisque manibus sumebant. Haud ergo mirum, si auctores plures, posita gravi, non tamen extrema necessitate, sustineant in praesenti posse Diaconum, qui indubie ministrandi Eucharistiam ex Ordine habet facultatem, suis manibus Corpus Christi accipere.

10. Communiter qui docent auctores, posse Diaconum se Christi Corpore reficere, addunt : *secluso scandalo* ; eo ergo posito, id non licebit. Sed libet ad litteram referre quae tradit Ballerinius, qui non de Diacono, sed de laico se communicante verba facit, ut a fortiori ad rem nostram applicari possint. « Verum huius scandali improprie dicti aliud forte remedium in promptu esset, scilicet docere populum. Et scandalum abesset, non secus ac abest si v. gr. laicus aut ad Ecclesiam referat Eucharistiam, quam dum fert Presbyter unicus ad infirmum correptus subita morte fuerit, aut qui lapsam in terram elevet. Sane nemo scandalum patitur, cum audit b. Claram Virginem tulisse sacrum Ciborium ad fugandos hostes, monasterium invadentes. Doceatur scilicet populus, et ubi non desit congrua reverentia, putatitium scandalum cessabit. Et sane, si abesse olim scandalum potuit, cur necessarium nunc erit (*Tom. II, Tract. X, Sect. IV, n. 90, 2.° sub. fin.*). »

11. His praeiactis, exponamus Dubia, de quibus ab initio diximus : 1. Parochus in audiendis multorum confessionibus occupatus, quia aut non potest, aut non vult ab exedra exire ad communicandos fideles, potestne ad id agendum delegare Diaconum ? 2. Si Diaconum taedeat expectare Sacerdotem, potestne non solum alios, sed et seipsum communicare ? 3. Potestne, praesentibus Presbyteris, libere Sacramentum exponere ? 4. In hypothesi quod communionem distribuat, potest ne et debet manu communicatis benedicere ?

Ad 1.^mum^ respondemus, post exposita, affirmative, dummodo non adsit Presbyter. Quia Parochus est superior Diacono, qui in hypothesi illi subest ; et iustam habet causam committendi Diacono administrationem communionis, audit enim plurium poenitentium confessiones. Ceterum eiusmodi causa uti iusta affertur a Marc dicente : « Diximus ex iusta causa... ut si Parochus esset occupatus in

die magno festivitatis, aut numerus communicantium esset magnus (*P. III, Tract. IV, Cap. II, art. I, n. 1535*). Estque doctrina hausta ex Ligorio (*Lib. VI, Tract. III, Cap. III, art. I, n. 236, 3*), ut Ballerinium aliosque praetereamus. Addidimus conditionem, *dummodo non adsit Presbyter*, et ratio ex praemissis satis superque patet.

Ad 2.um respondemus sub distinctione. Aut mora ex parte Sacerdotis est notabilis, aut non. Si primum, affirmative, credimus enim id applicari posse, quod superius docuimus (*n. 8*): si alterum, negative, cum parum morae pro nihilo reputari debeat.

Ad 3.um Citra controversiam respondemus affirmative, et profluit, etiam ex dictis (*n. 2*). Exponere enim Sacramentum, sive private, sive solemniter, non proprie ad Sacerdotem spectat, sed ad suum ministrum, qui est Diaconus. Idem esset de translatione Sacramenti ex altero ad alterum altare; hi namque actus sunt veluti praeparatorii ad aliquid aliud, et ad ministrum spectant, quibus peractis, operam suam ponit dominus, nempe Sacerdos. Haec autem est praxis ubique vigens, et sapienter; si enim hoc quoque Diacono denegatur vi muneris sui, nescitur quid illi competat quod Eucharistiam pertineat.

Ad 4.um Respondemus: probabilius negative, quamquam ex praemissis id non profluit, sed ex iure positivo. Namque in una *Tunquini occidentalis* definitum est: *Deficiente Presbytero et Vicarii Apostolici concurrente licentia, Diaconus, qui.... defert Sacrum Viaticum infirmis potest... facere aspersionem aquae benedictae, dicere* **Misereatur, Indulgentiam**, *signare infirmum vel semetipsum, dicere* **Dominus vobiscum** *cum Oratione et benedicere cum Sanctissimo Sacramento infirmum et Assistentes. Item delegatus ad faciendas exequias potest corpus aspergere aqua benedicta, incensare ac benedicere sepulcrum etc.* (S. R. C. 14. Aug. 1858 ad I et II). Ubi vides, agi tantum de preci-

bus, atque etiam de benedictione, non manu, quae propria est solius Sacerdotis, sed cum aspersione vel cum Sacramento. Huic Decreto innixus Lehemkuhl scribit : « In ipsa sacra communionis distributione, si Diacono legitime commissa est, nullus ritus mutari debet, sed a Diacono *omnia* perficienda sunt sicut a Sacerdote, **omissa, ut videtur, sola benedictione populi** *post* **datam communionem**, et mutato modo deferendae stolae (*P. II, Lib. I, Tract. VI, n. 140, 4*)».

Diximus *probabilius;* quia ritus dicendi *Indulgentiam*, de quo in Decreto, fert etiam benedictionem manu, de qua et Dubium et responsio silent. Hinc concludere quis posset, ritum persolvendum esse ut in Rituali praescribitur ; cumque Decretum exceptionem benedictionis cum manu facere potuisset, quam nihilominus non fecit, inferri posset, eam quoque esse a Diacono impertiendam. Sed oppositum credimus; quia hoc argumentum est negativum, et contra positivum super potestate benedicendi manu, quae Sacerdotis est propria, et nullo pacto ad Diaconum pertinet, nihil illud valere arbitramur. *Sacerdotem oportet benedicere*, ait Pontificale Romanum, et Diaconus in sua Ordinatione hanc potestatem non accipit ; ergo impartire illam non valet.

APPENDIX

PRO PAROCHIS ITALIAE

E supremo Consilio Romano causis rerum iudicatarum dirimendis (*Corte di Cassazione*) sententia prodivit vel maximi momenti, cuius ultima conclusio sequentis est tenoris (1): « Non admittit inobedientiae reatum erga Auctoritatem (*civilem*) Parochus, qui renuit obtemperare mandato Syndici, quamvis Praefecti auctoritate communiti, iubentis ut horis pomeridianis dierum festorum, Ecclesiae valvae reseratae maneant, inordinationum tumultuumque evitandorum causa, qui aliter suboriri potuissent. Auctoritas saecularis non gaudet iure imponendi vel prohibendi, ut Ecclesia claudatur vel aperiatur, quaecumque sit ratio.

(1) *Versio latina.*

IMPRIMATUR

P. Fr. Albertus Lepidi O. P.

S. P. A. Magister.

IMPRIMATUR

Franciscus Cassetta Patriarch. Antioch. Vicesgerens.

Proprietas Literaria.

Romae, Typis Fratrum Amoroso, Piazza della Torretta Borghese N. 22-25.